Infatti **i soldati veterani** erano temuti come guidati dalla fedeltà riconoscente.

15) Periodi complessi e arditi anche con "dicere" sottinteso

Si conatibus eius conscii adgregarentur, secuturos (esse) etiam integros; magnamque (fore) motae rei famam (=eco), quae plurimum in novis consiliis valeret; nihil adversum haec Neroni provisum (esse); etiam fortes viros subitis terreri, nedum ille scaenicus arma contra cieret; , Tigellino

scilicet cum paelicibus suis comitante, multa experiendo confieri, quae segnibus ardua videantur; frustra silentium et fidem in tot consciorum animis et corporibus sperare: cruciatui aut praemio cuncta pervia esse; venturos (esse eos) qui ipsum quoque vincirent, postremo indigna nece adficerent; quanto laudabilius periturum (esse), dum amplectitur rem publicam, dum auxilia libertati invocat! potius (esse) miles deesset et plebes desereret, dum ipse maioribus, dum posteris mortem adprobaret, si vita praeriperetur.

(Dicebant)

Si conatibus eius conscii adgregarentur,

secuturos (esse) etiam integros;

magnamque (fore) motae rei famam (=eco),

quae plurimum in novis consiliis valeret;

nihil adversum haec Neroni provisum (esse);

etiam fortes viros subitis terreri.

nedum ille scaenicusarma contra cieret;

, Tigellino scilicet cum paelicibus suis comitante,

multa experiendo confieri,

quae segnibus ardua videantur;

frustra silentium et fidem in tot consciorum animis et corporibus sperare:

cruciatui aut praemio cuncta pervia esse;

venturos (esse eos)

qui ipsum quoque vincirent,

postremo indigna nece adficerent;

quanto laudabilius periturum (esse),

dum amplectitur rem publicam,

dum auxilia libertati invocat!

potius (esse)

miles deesset

et plebes desereret,

dum ipse maioribus,

dum posteris mortem adprobaret.

, si vita praeriperetur,

Dicevano che, se i congiurati si fossero uniti ai suoi tentativi, avrebbero seguito anche gli estranei; che di quella rivoluzione sarebbe stata grande l'eco, che valeva moltissimo nelle nuove decisioni; che nulla era pronto a Nerone contro questi avvenimenti: che anche gli uomini coraggiosi si spaventavano per cose inaspettate, tantomeno quell'istrione poteva prendere le armi contro, essendo compagno Tigellino oltretutto con le suoi leccapiedi; che tentando si raggiungevano molte cose che sembrano ardue ai timorosi; che invano si poteva sperare il silenzio e la parola in tanti cuori e corpi di congiurati; che tutte le possibilità sono aperte alla tortura o al premio; che sarebbero arrivati quelli che potevano incatenare anche lui e dopo colpirlo con una morte indegna; che sarebbe morto quanto più onorevolmente mentre difendeva lo stato, mentre cercava aiuti per la libertà; che era meglio che i soldati lo abbandonassero e la plebe lo lasciasse, mentre lui stesso cercava la morte per i suoi antenati, per i suoi posteri se la vita gli fosse stata tolta.

APULEIO

LE METAMORFOSI X, 2-3. APULEIO. La passione di una matrigna per il figliastro

Dominus aedium habebat iuvenem filium prope litteratum atque ob id consequenter pietate modestia praecipuum, quem tibi quoque provenisse cuperes vel talem.

Huius matre multo ante defuncta rursum matrimonium sibi reparaverat ductaque (uxor) alia filium procreaverat alium, qui adaeque iam duodecimum annum aetatis supergressus erat.

Sed noverca forma magis quam moribus in domo mariti praepollens, seu naturaliter impudica seu fato ad extremum impulsa flagitium, oculos ad privignum adiecit.

Iam ergo, lector optime, scito te tragoediam, non fabulam legere et a socco ad coturnum ascendere. (metafora)

Sed mulier illa, quamdiu primis elementis Cupido parvulus nutriebat, imbecillis adhuc eius viribus, facile ruborem tenuem deprimens silentio resistebat.

At ubi completis igne vaesano totis praecordiis inmodice bacchatus Amor exaestuabat, saevienti deo iam succubuit, et languore simulato vulnus animi metitur [in] corporis valetudinem.

Iam cetera salutis vultusque detrimenta et aegris et amantibus examussim convenire nemo (est) qui nesciat: (sunt) pallor deformis, marcentes oculi, lassa genua, quies turbida et suspiritus cruciatus tarditate vehementior.

Crederes et illam fluctuare tantum vaporibus febrium, nisi quod et flebat.

Heus medicorum ignarae mentes, quid (erat) venae pulsus, quid coloris intemperantia, quid fatigatus anhelitus et utrimquesecus iactatae crebiter laterum mutuae vicissitudines? (i mutui cambiamenti dei fianchi buttati frequentemente da entrambe le parti)

Dii boni, quam facilis licet non artifice medico cuius tamen docto Veneriae cupidinis comprehensio, cum videas aliquem sine corporis calore flagrantem!

Ergo igitur impatientia furoris altius agitata diuturnum rupit silentium at ad se vocari praecipit filium — (erat) quod nomen in eo, si posset, ne ruboris admoneretur, libenter eraderet.

Nec adulescens aegrae parentis moratus imperium, senili tristitie striatam gerens frontem, cubiculum petit, uxori patris matrique fratris utcumque debitum sistens obsequium.

Sed illa cruciabili silentio diutissime fatigata et ut in quodam vado dubitationis haerens omne verbum, quod praesenti sermoni putabat aptissimum, rursum improbans nutante etiam nunc pudore, unde potissimum caperet exordium, decunctatur.

At iuvenis nihil etiam tunc sequius suspicatus summisso vultu rogat ultro praesentis causas aegritudinis.

Tunc illa nacta solitudinis damnosam occasionem prorumpit in audaciam et ubertim adlacrimans laciniamque contegens faciem voce trepida sic eum breviter adfatur:

"Causa omnis et origo praesentis doloris sed etiam medela ipsa et salus unica mihi tute ipse es.

Isti enim tui oculi per meos oculos ad intima delapsi praecordia meis medullis acerrimum commovent incendium.

Ergo miserere tua causa pereuntis nec te religio patris omnino deterreat, cui morituram prorsus servabis uxorem.

Illius enim recognoscens imaginem in tua facie merito te diligo.

Habes solitudinis plenam fiduciam, habes capax necessarii facinoris otium.

Nam (hoc) **quod nemo novit**, paene non fit."

CATULLO

CATULLO, CARME LXV. La sofferenza del poeta per la morte del fratello

Etsi me assiduo confectum cura dolore	anastrofe
sevocat a doctis, Ortale, Virginibus,	antonomasia
nec potis est dulcis Musarum expromere fetus	metafora
mens animi,	
(tantis fluctuat ipsa malis,	anastrofe
namque mei nuper <u>Lethaeo</u> in gurgite fratris	anastrofi metonimia

pallidulum manans alluit unda pedem,

Troia Rhoeteo quem subter litore tellus

ereptum nostris obterit ex oculis.

perifrasi metonimia/sineddoche

anastrofi

alloquar, audiero numquam tua <facta> loquentem

domande retoriche

numquam ego te, vita frater amabilior,

aspiciam posthac? At certe semper amabo,

semper maesta tua carmina morte canam,

qualia sub densis ramorum concinit umbris

Daulide similitudine

Daulias, absumpti fata gemens Ityli)

Procne, Filomela e Tereo >> usignolo, rondine e upupa

sed tamen in tantis maeroribus, Ortale, mitto

haec expressa tibi carmina Battiadae,

di Callimaco figlio di Batto "La chioma di Berenice"

ne tua dicta vagis nequiquam credita ventis

antonomasia

effluxisse meo forte putes animo,

ut missum, sponsi furtivo munere, malum

similitudine

procurrit casto virginis e gremio,

quod miserae oblatae molli sub veste locatum,

dum adventu matris prosilit, excutitur,

atque illud prono praeceps agitur decursu,

huic manat tristi conscius ore rubor.

Benché, sfinito dall'assillante dolore, l'angoscia
mi distolga dalle dotte vergini, o Ortalo,
e la mia ispirazione più non sia capace di produrre

i dolci frutti delle Muse, da tante sciagure è agitata
poiché da poco l'onda che scorre nei vortici del Lete
lambisce l'esangue piede di mio fratello,
che la terra troiana nasconde,
rapito ai miei occhi, sotto il lido Reteo;
ti parlerò mai più? ti udrò ancora narrarmi le tue <imprese>?
non ti rivedrò mai più nei giorni avvenire, o fratello,
a me più caro della vita? ma certo per sempre ti amerò,
sempre velerò con la tua morte i mesti miei carmi,
quali canta sotto l'ombra densa dei rami
l'uccello della Daulide che geme il fato di Itilo scomparso;
tuttavia fra tante lacrime. Orlalo, ti mando
questi versi di Callimaco tradotti,
perché non pensi che le tue parole, gettate al vento che passa,
mi siano per caso cadute di mente,
così come il pomo, furtivo dono del fidanzato,
cade dal casto grembo della fanciulla,
che, poveretta, più non ricorda di averlo nascosto nelle morbide pieghe della veste,
e, balzando in piedi al giungere di sua madre, lo lascia cadere;
il pomo veloce per terra va rotolando,
e a lei sul volto smarrito si spande un rossore di vergogna.

CICERONE

Morte di Cicerone, autore Livio o Plutarco

Ubi primum M. Tullius Cicero adventum triumviri Antonii cognovit, ex urbe festinanter discesserat, quia sola spes salutis in fuga erat, atque, transversis itineribus, ad Caiētae portum contendit.

Navem conscendit, sed ob nimios fluctus atque iactationem navis ad portum remeavit.

Postquam ad villam haud procul a mari pervēnit dixit:

~~“Mortem-dixit-oppetam in patria,~~ quam praeclaris facinoribus saepe servavi!”.

Ubi autem vidit satellites triumviri armatos accurrentes minaci vultu prope lecticam, servis imperavit: “Enses in vaginas recondite! Iam satis in patria libera vixi; quietus rem iniquam tolerabo!”.

Mox e lectica prominuit atque cervicem praebuit.

Sicarii caput Ciceronis atque manus praecidērunt atque Antonii iussu in Rostris posuērunt.

Pro Caelio 2-3, Cicerone. La stima su Marco Celio è indubbia

Etenim si attendere diligenter, existimare vere de omni hac causa volueritis, sic constituetis, iudices, nec descensurum quemquam ad hanc accusationem fuisse, cui, utrum (hoc) vellet, liceret, nec (quemquam), cum descendisset, quicquam habiturum spei fuisse, nisi alicuius intolerabili libidine et nimis acerbo odio niteretur.

Sed ego Atratino, humanissimo atque optimo adulescenti meo necessario, ignosco, qui habet excusationem vel pietatis vel necessitatis vel aetatis.

Si voluit accusare, pietati tribuo, si iussus est, necessitati (tribuo), si speravit aliquid, pueritiae (tribuo).

Ceteris non modo nihil ignoscendum (est), sed etiam acriter est resistendum.

Ac mihi quidem videtur, iudices, hic introitus defensionis adulescentiae M. Caeli maxime convenire, ut ad ea, quae accusatores deformandi huius causa, detrahendae spoliandaeque dignitatis gratia dixerunt, primum respondeam.

Obiectus est pater varie, quod aut parum splendidus ipse aut parum pie tractatus a filio diceretur.

De dignitate M. Caelius notis ac maioribus natu et sine mea oratione et tacitus facile ipse respondet;

quibus autem propter senectutem, quod iam diu minus in foro nobiscumque versatur, non aequè est cognitus, ii sic habeant, quaecumque in equite Romano dignitas esse possit, quae certe potest esse maxima, eam (dignitatem) semper in M. Caelio habitam esse summam hodieque haberi non solum a suis, sed etiam ab omnibus (eis), quibus potuerit aliqua de causa esse notus.

Pro Caelio 5, Cicerone. Marco Celio per i suoi concittadini è un uomo degno di stima e di onore

Nam, quod est obiectum municipibus esse adulescentem non probatum suis, nemini umquam praesenti Praetuttiani maiores honores habuerunt quam absenti M. Caelio, quem et absentem in amplissimum ordinem cooptarunt et ea non petenti detulerunt (ea), quae multis petentibus denegarunt.

Idemque nunc lectissimos viros, et nostri ordinis et equites Romanos, cum legatione ad hoc iudicium et cum gravissima atque ornatissima laudatione miserunt.

Videor mihi iecisse fundamenta defensionis meae, quae firmissima sunt si nituntur iudicio suorum.

Neque enim vobis satis commendata huius aetas esse posset, si non modo parenti, tali viro, verum etiam municipio tam inlustri ac tam gravi displiceret.

Pro Caelio 14, Cicerone. Celio fu un catilinario per caso non per partito

Hac ille tam varia multiplicative natura cum omnes omnibus ex terris homines improbos audacesque collegerat tum etiam multos fortes viros et bonos specie quadam virtutis assimilatae tenebat.

Neque umquam ex illo delendi huius imperii tam consceleratus impetus exstitisset nisi tot vitiorum tanta immanitas quibusdam facultatis et patientiae radicibus niteretur.

Quare ista condicio iudices respuatur nec Catilinae familiaritatis crimen haereat; est enim commune cum multis et cum quibusdam etiam bonis.

Me, ipsum me - inquam - quondam paene ille decepit cum et civis mihi bonus et optimi cuiusque cupidus et firmus amicus ac fidelis videretur; cuius ego facinora oculis prius quam opinione, manibus ante quam suspicione deprehendi.

Cuius in magnis catervis amicorum si fuit etiam Caelius magis est ut ipse moleste ferat errasse se sicuti non numquam in eodem homine me quoque erroris mei paenitet quam ut istius amicitiae crimen reformidet.

Pro Caelio 16, Cicerone. Celio non accuserebbe un altro del suo stesso crimine

Quod haud scio an de ambitu et de criminibus istis sodalium ac sequestrium, quoniam huc incidi, similiter respondendum (esse) putem.

Numquam enim tam Caelius amens fuisset ut, si sese isto infinito ambitu commaculasset, ambitus alterum accusaret, neque eius facti in altero suspicionem quaereret cuius ipse sibi perpetuam licentiam optaret, nec, si sibi semel periculum ambitus subeundum (esse) putaret, ipse alterum iterum ambitus crimine arcesseret.

Quod quamquam nec sapienter et me invito facit, tamen est eiusmodi cupiditatis ut magis insectari alterius innocentiam quam de se timide cogitare videatur.

Pro Caelio 18, Cicerone. Celio non ha mai sperperato denaro, su Clodia ogni responsabilità

Reprehendistis, a patre quod semigrarit.

Quod quidem iam in hac aetate minime reprehendendum est.

Qui cum et ex publica causa iam esset mihi quidem molestam, sibi tamen gloriosam victoriam consecutus et per aetatem magistratus petere posset, non modo permittente patre, sed etiam suadente ab eo semigravit et, cum domus patris a foro longe abesset, quo facilius et nostras domus obire et ipse a suis coli posset, conduxit in Palatio non magno domum.

Quo loco possum dicere id, quod vir clarissimus, M. Crassus, cum de adventu regis Ptolemaei quereretur, paulo ante dixit:

Utinam ne in nemore Pelio Ac longius quidem mihi contexere hoc carmen liceret!

Nam numquam era errans hanc molestiam nobis exhiberet Medea animo aegra, amore saevo saucia.

Sic enim, iudices, reperietis, (hoc) quod, cum ad id loci venero, ostendam, hanc Palatinam Medeam migrationemque hanc adulescenti causam sive malorum omnium sive potius sermonum fuisse.

Avete rimproverato il fatto che (Celio) si fosse separato dal padre (oppure: lo avete rimproverato poiché si era separato dal padre). Cosa che certamente in questa età è minimamente da rimproverarsi (oppure come negazione: non è da rimproverare) [perifrastica passiva]. Lui (=Celio) che, avendo conseguito da una causa pubblica una vittoria per me certamente molesta, per lui tuttavia gloriosa, e potendo per età [ablativo di Mezzo] aspirare alla magistratura, dal momento che il padre non solo lo permetteva, ma anche lo consigliava [ablativi assoluti], si allontanò da lui, ed essendo la casa del padre di gran lunga lontana dal foro, affinché ["quo" sostituisce "ut" davanti a comparativi e superlativi] potesse più facilmente raggiungere le nostre case ed essere lui stesso frequentato dai suoi, acquistò una casa sul Palatino non a grande prezzo [ablativo di prezzo]. A questo punto posso dire ciò che un uomo famosissimo, Marco Crasso, poco prima disse, quando si lamentava dell'arrivo del Re Tolomeo [cum narrativo]: Oh, mai nel bosco Pelio Sia lecito a me certamente che più a lungo io intessa questo canto: Infatti mai era la padrona errante A noi procurerebbe questa molestia Medea dall'animo malato, ferita a causa di un amore crudele Così infatti, o giudici, quando arriverò a questo punto [cum+indicativo: valore temporale], ritroverete ciò che io mostrerò, che questa Medea Palatina e questo trasferimento del giovane siano state (Fuisse= infinito perfetto, che è in anteriorità rispetto a tempo principale) la causa sia di tutte le sventure (malum, mali =Neutro) sia soprattutto delle chiacchiere.

Pro Caelio 20, Cicerone. Nessuna violenza contro le matrone romane

Nec tamen illud genus alterum nocturnorum testium pertimesco.

Est enim dictum ab illis fore (eos), qui dicerent uxores suas a cena redeuntes attrectatas esse a Caelio.

Graves erunt homines (ei), qui hoc iurati dicere audebunt, cum sit iis confitendum numquam se ne congressu quidem et constituto coepisse de tantis iniuriis experiri.

Sed totum genus oppugnationis huius, iudices, et iam prospicitis animis et, cum inferetur, propulsare debebitis.

Non enim ab isdem accusatur M. Caelius, a quibus oppugnatur; palam in eum tela iaciuntur, clam subministrantur

Pro Caelio 28, Cicerone. E' naturale che la giovinezza si prenda qualche svago

Equidem multos et vidi in hac civitate et audiivi, non modo qui primoribus labris gustassent genus hoc vitae et extremis, ut dicitur, digitis attigissent, sed qui totam adolescentiam voluptatibus dedissent, emersisse aliquando et se ad frugem bonam, ut dicitur, recepissee gravesque homines atque illustres fuisse.

Datur enim concessu omnium huic aliqui ludus aetati, et ipsa natura profundit adolescentiae cupiditates.

Quae si ita erumpunt, ut nullius vitam labefactent, nullius domum evertant, faciles et tolerabiles haberi solent.

PRO CAELIO XXIX, CICERONE. I vizi dei giovani non possono ricadere tutti su Celio

Sed tu (Erennio) mihi videbare ex communi infamia iuventutis aliquam invidiam Caelio velle conflare; itaque omne illud silentium, quod est orationi tributum tuae, fuit ob eam causam, quod, uno reo proposito, de multorum vitiis cogitabamus.

Facile est accusare luxuriam.

Dies iam me deficiat, si, (ea) quae dici in eam sententiam possunt, coner expromere; de corruptelis, de adulteriis, de protervitate, de sumptibus immensa oratio est.

Ut tibi reum neminem, sed vitia ista (accusare) proponas, res tamen ipsa et copiose et graviter accusari potest.

Sed vestrae sapientiae, iudices, est non abduci ab reo nec, quos (aculeos) habeat severitas gravitasque vestra, cum eos accusator erexerit in rem, in vitia, in mores, in tempora, emittere in hominem et in reum (aculeos), cum is non suo crimine, sed multorum vitio sit in quoddam odium iniustum vocatus.

Pro Caelio 30. Cicerone. Solo pettegolezzi su Celio, nessuna accusa sostenibile

Itaque severitati tuae, ut oportet, ita respondere non audeo;

erat enim meum deprecari vacationem adolescentiae veniamque petere;

non, inquam, audeo; perfugiis non utor aetatis, concessa omnibus iura dimitto; tantum peto, ut, si qua est invidia communis hoc tempore aeris alieni, petulantiae, libidinum iuventutis, quam video esse magnam, ne huic aliena peccata, ne aetatis ac temporum vitia noceant.

Atque ego idem, qui haec postulo, quin criminibus, quae in hunc proprie conferuntur, diligentissime respondeam, non recuso.

Sunt autem duo crimina, auri et veneni, in quibus una atque eadem persona versatur.

(est) Aurum sumptum a Clodia, venenum quaesitum, quod Clodiae daretur, ut dicitur.

Omnia sunt alia non crimina, sed maledicta, iurgi petulantis magis quam publicae quaestionis.

“Adulter, impudicus, sequester” convicium est, non accusatio; nullum est enim fundamentum horum criminum, nulla sedes; voces sunt contumeliosae temere ab irato accusatore **nullo auctore** emissae.

Pro Caelio 40-41, Cicerone. Quelle virtù appartengono a una generazione ormai lontana

Verum haec genera virtutum non solum in moribus nostris, sed vix iam in libris reperiuntur.

Chartae quoque, quae illam pristinam severitatem continebant, obsoleverunt; neque solum apud nos (obsolverunt), qui hanc sectam rationemque vitae re magis quam verbis secuti sumus, sed etiam apud Graecos, doctissimos homines, quibus, cum facere non possent, loqui tamen et scribere honeste et magnifice licebat, alia quaedam mutatis Graeciae temporibus praecepta exstiterunt.

Itaque alii voluptatis causa omnia sapientes facere dixerunt, neque ab hac orationis turpitudine eruditi homines refugerunt.

Alii cum voluptate dignitatem coniungendam (esse) putaverunt ut res maxime inter se repugnantes dicendi facultate coniungerent; illud unum directum iter ad laudem cum labore (ei) qui probaverunt, prope soli iam in scholis sunt relict.

Multa enim nobis blandimenta natura ipsa genuit, quibus sopita virtus coniveret interdum.

Multas vias adolescentiae lubricas ostendit, quibus illa insistere aut ingredi sine casu aliquo aut prolapsione vix posset; multarum rerum iucundissimarum varietatem dedit, qua non modo haec aetas, sed etiam iam corroborata caperetur.

Pro Caelio 54, Cicerone: Lucio Luceio con la sua onestà testimonia l'innocenza di Celio.

" Sed haec, quae sunt oratoris propria, quae mihi non propter ingenium meum, sed propter hanc exercitationem usumque dicendi fructum aliquem ferre potuissent, cum a me ipso elaborata proferri viderentur, brevitatis causa relinquo omnia.

Habeo enim, iudices, quem vos socium vestrae religionis iurisque iurandi facile esse patiamini, L. Lucceium, sanctissimum hominem et gravissimum testem, qui tantum facinus in famam atque fortunas suas neque non audisset illatum (esse) a Caelio neque neglexisset neque tulisset.

An ille vir illa humanitate praeditus, illis studiis, illis artibus atque doctrina, illius ipsius periculum, quem propter haec ipsa studia diligebat, negligere potuisset et, quod facinus in alienum hominem intentum severe acciperet, (facinus) id omisisset curare in hospitem? quod per ignotos actum (esse) cum comperisset, doleret, id a suis servis temptatum esse neglegeret?

quod in agris locisque publicis factum reprehenderet, id in urbe ac suae domi coeptum esse leniter ferret?

quod in alicuius agrestis periculo non praetermitteret, id homo eruditus in insidiis doctissimi hominis dissimulandum (esse) putaret? "

PRO CAELIO, 59, CICERONE. Quinto Metello e l'amore per la patria

Pro di immortales! cur interdum in hominum sceleribus maximis aut conivertis aut praesentis fraudis poenas in diem reservatis?

Vidi enim, vidi et illum hausi dolorem vel acerbissimum in vita, cum Q. Metellus abstraheretur e sinu gremioque patriae, cumque ille vir, qui se natum (esse) huic imperio putavit, tertio die post quam in curia, quam in rostris, quam in re publica floruisset, integerrima aetate, optimo habitu, maximis viribus eriperetur indignissime bonis omnibus atque universae civitati.

Quo quidem tempore ille **moriens**, cum iam **ceteris ex partibus** oppressa mens **esset**, extremum sensum ad memoriam rei publicae reservabat, **cum** me **intuens** flentem significabat interruptis ac morientibus vocibus, quanta impenderet procella mihi, quanta tempestas civitati, et **cum** parietem saepe **feriens** eum, qui cum Q. Catulo fuerat ei communis, crebro Catulum, saepe me, saepissime rem publicam nominabat, ut non tam se emori quam spoliari suo praesidio **cum patriam, tum etiam me** doleret.

Pro Caelio 60, Cicerone. Come può Clodia parlare di avvelenamento?

Quem quidem virum si nulla vis repentini sceleris sustulisset quonam modo ille furenti fratri suo consularis restitisset qui consul **incipientem** furere atque tonantem sua se manu interfecturum (esse) audiente senatu dixerit?

Ex hac igitur domo progressa ista mulier de veneni celeritate dicere audebit?

Nonne ipsam domum metuet ne quam vocem eiciat non parietes conscios non noctem illam funestam ac luctuosam perhorrescet?

Sed revertor ad crimen;

etenim haec facta illius clarissimi ac fortissimi viri mentio et vocem meam fletu debilitavit et mentem dolore impedivit.

Pro Caelio 62, Cicerone: Perché scambiarsi il veleno proprio nei bagni pubblici?.

« "Immo," **inquit**, "cum servi ad dominam rem totam et maleficio Caeli detulissent, mulier ingeniosa praecepit his ut omnia Caelio pollicerentur;

sed ut venenum, cum a Licinio traderetur, manifesto comprehendi posset, constitui locum iussit balneas Senias, ut eo mitteret amicos, qui delitiscerent, deinde repente, cum venisset Licinius venenumque traderet, prosilirent hominemque comprehenderent."

Quae quidem omnia, iudices, perfacilem rationem habent reprehendendi.

Cur enim potissimum balneas publicas constituerat? in quibus non invenio quae latebra togatis hominibus esse posset.

Nam si essent in vestibulo balnearum, non laterent;

sin se in intimum conicere vellent, nec satis commode calceati et vestiti id facere possent et fortasse non reciperentur, nisi forte mulier potens quadrantaria illa permutatione familiaris facta erat balneatori. »

PRO CAELIO 63, CICERONE. Quanto è grande la forza della verità!

Atque equidem vehementer expectabam quinam isti viri boni testes huius manifesto deprehensi veneni dicerentur; nulli enim sunt adhuc nominati.

Sed non dubito quin sint pergraves qui primum sint talis feminae familiares deinde eam provinciam susceperint ut in balneas contruderentur quod illa nisi a viris honestissimis ac plenissimis dignitatis, quam velit sit potens, numquam impetravisset.

Sed quid ego de dignitate istorum testium loquor?

Virtutem eorum diligentiamque cognoscite.

"In balneis delituerunt."

Testes **egregios!** “Dein temere prosiluerunt.”

Homines **temperantes!**

Sic enim **fingunt** cum Licinius venisset, pyxidem teneret in manu, conaretur tradere, nondum tradidisset, tum repente evolasse istos praeclaros testes sine nomine; Licinium autem cum iam manum ad tradendam pyxidem porrexisset retraxisse atque illo repentino hominum impetu se in fugam coniecisse.

O magna vis veritatis quae contra hominum ingenia calliditatem sollertiam contraque fictas omnium insidias facile se per se ipsa defendat!

PRO CAELIO 77, CICERONE. Si perdoni a un Celio giovane e troppo vivace

Quare si cui nimium effervisse videtur huius vel in suscipiendis vel in gerendis inimicitiis vis ferocitas pertinacia si quem etiam minimorum horum aliquid offendit si purpurae genus si amicorum catervae si splendor si nitor iam ista deferverint iam aetas omnia iam usus iam dies mitigarit.

Conservate igitur rei publicae iudices civem bonarum artium bonarum partium bonorum virorum.

Promitto hoc vobis et rei publicae spondeo, si modo nos ipsi rei publicae satis fecimus, numquam hunc a nostris rationibus seiunctum fore.

Quod cum fretus nostra familiaritate promitto tum quod durissimis se ipse legibus iam obligavit.

PRO CLUENTIO, I, 1-2, CICERONE. Crimen et invidia

- 1) Sassia e Stazio Oppianico (terzo marito)
- 2) Sassia cerca di far uccidere il figlio Aulo da Oppianico per impossessarsi dell'eredità del primo marito
- 3) Aulo Cluenzio (figlio del primo marito) accusa Oppianico di tentato avvelenamento e vince la causa
- 4) Processo discusso perché si sospetta Cluenzio di aver corrotto i giudici
- 5) Nel 66 a.C., otto anni dopo, il figlio di Oppianico, morto in esilio, con la complicità di Sassia accusa Cluenzio di aver fatto avvelenare Oppianico
- 6) Cicerone prende le difese di Cluenzio

Animadverti, iudices, omnem accusatoris orationem in duas divisam esse partes, quarum altera mihi niti et magno opere confidere videbatur invidia iam inveterata iudicii Iuniani, altera tantum modo consuetudinis causa timide et diffidenter attingere rationem veneficii criminum, **quade re lege est haec quaestio constituta. Itaque mihi certum est** (me) hanc eandem distributionem invidiae et criminum sic in defensione **servare ut omnes intellegant nihil me nec subterfugere voluisse reticendo nec obscurare dicendo. Sed cum considero quo modo mihi in utraque re sit elaborandum, altera pars, et ea quae propria est iudicii vestri et legitimae veneficii quaestionis, per mihi brevis et non magnae in dicendo contentionis fore videtur; altera autem (videtur), quae procul ab iudicio remota est, quae contionibus seditiose concitatis accommodatior est quam tranquillis moderatisque iudiciis, perspicio quantum in agendo difficultatis et quantum laboris sit habitura. Sed in hac difficultate illa me res tamen, iudices, consolatur, quod vos de criminibus sic audire consuestis ut eorum omnium dissolutionem ab oratore quaeratis, ut non existimetis plus vos ad salutem reo largiri oportere quam quantum defensor purgandis crimibus consequi et dicendo probare potuerit. De invidia autem sic inter vos disceptare debetis ut non quid dicatur a nobis, sed quid oporteat dici consideretis.**

Agitur enim in criminibus A. Cluenti proprium periculum, in invidia causa communis.

Quam ob rem alteram partem causae sic agemus ut vos doceamus, alteram sic ut oremus; in altera diligentia vestra nobis adiungenda est, in altera fides imploranda; nemo est enim qui invidiae sine vestro ac sine talium virorum subsidio possit resistere.

4. **Equidem quod ad me attinet, quo me vertam nescio.**

Negem fuisse illam infamiam iudicii corrupti? **negem** esse illam rem agitatam in contionibus, iactatam in iudiciis, commemoratam in senatu? evellam ex animis hominum tantam opinionem, tam penitus insitam, tam vetustam?

Non est nostri ingenii: vestri auxilii est, iudices, huius innocentiae sic in hac calamitosa fama quasi in aliqua perniciosissima flamma atque in communi incendio subvenire. **II Etenim sicut aliis in locis parum firmamenti et parum virium veritas habet, sic in hoc loco falsa invidia imbecilla** esse debet.

Dominetur in contionibus, iaceat in iudiciis; valeat in opinionibus ac sermonibus imperitorum, ab ingeniis prudentium repudietur; vehementes habeat repentinos impetus, spatio interposito et causa cognita consenescat: denique illa definitio iudiciorum aequorum, quae nobis a maioribus tradita est, retineatur, ut in iudiciis et sine invidia culpa plectatur et sine culpa invidia ponatur.

Quam ob rem a vobis, iudices, ante quam de ipsa causa dicere incipio, haec postulo: primum – id quod aequissimum est – ut ne quid huc praeiudicati adferatis

(etenim non modo auctoritatem, sed etiam nomen iudicum amitteremus, nisi hic ex ipsis causis iudicabimus ac si ad causas iudicia iam facta domo deferemus);

deinde si quam opinionem iam vestris mentibus comprehendistis, si eam ratio convellet, si oratio labefactabit, si denique veritas extorquebit, **ne** repugnetis eamque animis vestris aut libentibus aut aequis remittatis.

Tum autem, cum ego una quaque de re dicam et diluam, **ne ipsi quae contraria sint taciti cogitationi vestrae subiciatis, sed ad extremum expectetis meque meum dicendi ordinem servare patiamini.**

Cum peroraro, **tum, si quid erit praeteritum, animo requiratis.**

DE LEGIBUS 42, CICERONE. La legge positiva deve fondarsi di necessità su quella naturale

Iam vero illud (est) stultissimum, existimare omnia iusta esse quae scita sint in populorum institutis aut legibus.

Etiamne (sic dicatur) si quae leges sint tyrannorum?

Si triginta illi Athenis leges inponere voluissent, etsi omnes Athenienses delectarentur tyrannicis legibus, num idcirco eae leges iustae haberentur?

Nihilo (eas) credo (fuisse) magis (iustas) illa quam interrex noster tulit, ut dictator quem vellet civium vel indicta causa inpune posset occidere.

Est enim unum ius, quo devincta est hominum societas et quod lex constituit una, quae lex est recta ratio imperandi atque prohibendi.

Quam qui ignorat, is est iniustus, sive est illa scripta uspiam sive nusquam.

Quod si iustitia est obtemperatio scriptis legibus institutisque populorum, et si ut eidem dicunt utilitate omnia metienda sunt, negleget leges easque perrumpet, si poterit, is qui sibi eam rem fructuosam putabit fore.

Ita fit ut nulla sit omnino iustitia, si neque natura est; ea quae propter utilitatem constituitur utilitate illa convellitur.

Epistula ad Atticum 1. 18. 1, Cicerone. Cicerone cerca la parola consolatrice di un amico

Nihil mihi nunc scito tam deesse quam hominem eum quocum omnia quae me cura aliqua adficiunt una communicem, qui me amet, qui sapiat, quicum ego cum loquar nihil fingam, nihil dissimulem, nihil obtegam.

Abest enim frater amantissimus. Metellus non homo sed "litus atque aer" et "solitudo mera".

Tu autem qui saepissime curam et angorem animi mei sermone et consilio levasti tuo, qui mihi et in publica re socius et in privatis omnibus conscius et omnium meorum sermonum et consiliorum particeps esse soles, ubinam es?

Ita sum ab omnibus destitutus ut tantum requietis habeam quantum cum uxore et filiola et mellito Cicerone consumitur.

Nam illae ambitiosae nostrae fucosaeque amicitiae sunt in quodam splendore forensi, fructum domesticum non habent.

Itaque cum bene completa domus est tempore matutino, cum ad forum stipati gregibus amicorum descendimus, reperire ex magna turba neminem possumus quocum aut iocari libere aut suspirare familiariter possimus.

Qua re te exspectamus, te desideramus, te iam etiam arcessimus.

Multa sunt enim quae me sollicitant anguntque, quae mihi videor **auris nactus tuas** unius ambulationis sermone exhaurire posse.

PARADOXA STOICORUM AD BRUTUM I, 6-15. CICERONE

Vereor ne cui **vestrum** ex Stoicorum hominum disputationibus, non ex meo sensu deprompta (esse) haec **videatur** oratio.

Dicam (hoc) **quod sentio** tamen, et **dicam brevius** quam res tanta dici potest.

Numquam mehercule ego neque pecunias istorum, neque tecta magnifica, neque opes, neque imperia, neque eas quibus maxime adstricti sunt voluptates in bonis rebus aut expetendis (eis) esse **duxi**, quippe cum viderem **rebus his circumfluentes ea tamen desiderare maxime** quibus abundarent.

Neque enim umquam expletur nec satiatur cupiditatis sitis; neque solum (illi) ea (bona) qui habent libidine augendi (eos) cruciantur, sed etiam amittendi metu.

In quo equidem continentissimorum hominum, maiorum nostrorum, saepe requiro prudentiam, qui haec imbecilla et commutabilia - pecuniae membra- verbo bona putaverunt appellanda (esse), cum re ac factis longe aliter iudicavissent.

Potestne bonum cuiquam malo esse? Aut potest quisquam in abundantia bonorum ipse esse non bonus? Atqui ista talia omnia videmus ut etiam improbi habeant et absint probis.

Quam ob rem licet irrideat si qui(s) vult: plus apud me tamen vera ratio valebit quam vulgi opinio; neque ego umquam bona perdisse dicam si quis pecus aut suppellectilem amiserit, nec non saepe laudabo sapientem illum, Biantem, ut opinor, qui numeratur in septem:

cuius cum patriam Prienam cepisset hostis, ceterique ita fugerent ut multa de suis rebus asportarent, cum esset admonitus a quodam ut idem ipse faceret, inquit

"ego vero - inquit - facio, nam omnia mecum porto mea".

Ille haec ludibria fortunae ne sua quidem putavit, quae nos appellamus etiam bona.

"Quid est igitur - quaeret aliquis - bonum?"

Si quod recte fit et honeste et cum virtute, id bene fieri vere dicitur, quod rectum et honestum et cum virtute est, id solum opinor bonum.

DE OFFICIIS I, 110-111, Cicerone. Coerenza nell'agire quotidiano.

Admodum autem tenenda sunt sua (qualità) cuique, non vitiosa, sed tamen propria, quo facilius, decorum illud, quod quaerimus, retineatur.

Sic enim est faciendum, ut contra universam naturam nihil contendamus, ea tamen conservata, propriam nostram sequamur, (ita) ut etiamsi sint alia graviora atque meliora, tamen nos studia nostra nostrae naturae regula metiamur; neque enim attinet naturae repugnare nec quicquam sequi, quod assequi non queas.

Ex quo magis emergit quale sit decorum illud, ideo quia nihil decet, invita Minerva, ut aiunt, id est adversante et repugnante natura.

Omnino si quicquam est decorum, nihil est profecto magis quam aequabilitas cum universae vitae, tum singularum actionum, quam conservare non possis, si aliorum naturam imitans, omittas tuam.

Ut enim sermone eo debemus uti, qui innatus est nobis, ne, ut quidam, Graeca verba inculcantes iure optimo rideamur, sic in actiones omnemque vitam nullam discrepantiam conferre debemus.

Morte di Cicerone, autore Livio o Plutarco

Ubi primum M. Tullius Cicero adventum triumviri Antonii cognovit, ex urbe festinanter discesserat, quia sola spes salutis in fuga erat, atque, transversis itineribus, ad Caiētae portum contendit.

Navem conscendit, sed ob nimios fluctus atque iactationem navis ad portum remeavit.

Postquam ad villam haud procul a mari pervēnit dixit:

~~“Mortem dixit oppetam in patria,~~ quam praeclaris facinoribus saepe servavi!”.

Ubi autem vidit satellites triumviri armatos accurrentes minaci vultu prope lecticam, servis imperavit: “Enses in vaginas recondite! Iam satis in patria libera vixi; quietus rem iniquam tolerabo!”.

Mox e lectica prominuit atque cervicem praebuilt.

Sicarii caput Ciceronis atque manus praecidērunt atque Antonii iussu in Rostris posuērunt.

DE AMICITIA, I-II-III, CICERONE. (Ad Atticum) Introduzione

Q. Mucius augur multa narrare de C. Laelio socero suo memoriter et iucunde solebat nec dubitare illum in omni sermone appellare sapientem.

Ego autem a patre ita eram deductus ad Scaevolam sumpta virili toga, ut, quoad possem et liceret, a senis latere numquam discederem.

Itaque multa, ab eo prudenter disputata, multa, etiam breviter et commode dicta memoriae mandabam fierique studebam eius prudentia doctior.

Quo mortuo me ad pontificem Scaevolam contuli, quem unum nostrae civitatis et ingenio et iustitia praestantissimum audeo dicere. Sed de hoc alias (dicam): nunc redeo ad augurem.

Cum saepe multa (memini), tum memini domi in hemicyclio sedentem, ut solebat, cum et ego essem una et pauci admodum familiares, in eum sermonem illum incidere, qui tum forte multis erat in ore.

Meministi enim profecto, Attice, et eo magis, quod P. Sulpicio utebare multum, cum is tribunus plebis capitali odio a Q. Pompeio, qui tum erat consul, dissideret, quocum coniunctissime et amantissime vixerat, quanta esset hominum vel admiratio vel querela.

Itaque tum Scaevola cum in eam ipsam mentionem incidisset, exposuit nobis sermonem Laeli de amicitia habitum ab illo secum et cum altero genero, C. Fannio, Marci filio, paucis diebus post mortem Africani.

Eius disputationis sententias memoriae mandavi, quas hoc libro exposui arbitrato meo; quasi enim ipsos induxi loquentes, ne "inquam" et "inquit" saepius interponeretur, atque ut tamquam a praesentibus coram (nobis) haberi sermo videretur.

DE AMICITIA 29, CICERONE. L'AMICIZIA NON NASCE DA UN BISOGNO EGOISTICO

Quod si tanta vis probitatis est ut eam vel in iis quos numquam vidimus, vel, quod maius est, in hoste etiam diligamus, quid mirum est, si animi hominum moveantur, cum eorum, quibuscum usu coniuncti esse possunt, virtutem et bonitatem perspicere videantur?

Quamquam confirmatur amor et beneficio accepto et studio perspecto et consuetudine adiuncta, quibus rebus ad illum primum motum animi et amoris adhibitis, admirabilis quaedam exardescit benevolentiae magnitudo.

Quam si qui putant ab imbecillitate proficisci, ut sit (quidam) per quem adsequatur (hoc) quod quisque desideret, humilem sane relinquunt et minime generosum, ut ita dicam, ortum amicitiae, quam ex inopia atque indigentia natam volunt.

Quod si ita esset, ut quisque minimum esse in se arbitraretur, ita ad amicitiam esset aptissimus; quod longe secus est.

LAELIUS, DE AMICITIA, 61-62 CICERONE: Molto difficile è scegliere un amico

His igitur finibus utendum (esse) arbitror, ut cum emendati mores amicorum sint, tum sit inter eos omnium rerum, consiliorum voluntatum, sine ulla exceptione communitas, ut, etiamsi qua fortuna acciderit (ita) ut minus iustae amicorum voluntates adiuvandae sint, in quibus eorum aut caput agatur aut fama, declinandum de via sit, modo ne summa turpitudine sequatur.

Est enim quatenus (=fino a qual punto) amicitiae dari venia possit.

Nec vero neglegenda est fama, nec mediocre telum ad res gerendas existimare oportet benevolentiam civium, quam blanditiis et adsentando colligere turpe est; virtus, quam sequitur caritas, minime repudianda est.

Sed (Scipio) (saepe enim redeo ad Scipionem, cuius omnis sermo erat de amicitia) querebatur, quod omnibus in rebus homines diligentiores essent; capras et oves quot quisque haberet, dicere posse, amicos quot haberet, non posse dicere et in illis quidem parandis adhibere curam, in amicis eligendis neglegentes esse nec habere quasi signa quaedam et notas, quibus eos qui ad amicitias essent idonei, iudicarent.

Sunt igitur firmi et stabiles et constantes eligendi; cuius generis est magna penuria.

Et iudicare difficile est sane nisi expertum (est); experiendum autem est in ipsa amicitia. Ita praecurrit amicitia iudicium tollitque experiendi potestatem.

DE ORATORE 54, Cicerone. Socrate modello essenziale per un oratore

Imitatus est homo Romanus et consularis veterem illum Socratem, qui, cum omnium sapientissimus esset sanctissimeque vixisset, ita in iudicio capitis pro se ipse dixit, ut non supplex aut reus, sed magister aut dominus videretur esse iudicum.

Quin etiam, cum ei scriptam orationem disertissimus orator Lysias attulisset, quam, si ei videretur, edisceret, ut ea pro se in iudicio uteretur, non invitatus legit et commode scriptam esse dixit;

(Sed inquit) "Sed" inquit "ut, si mihi calceos Sicyonios attulisses, non (eis) uterer, quamvis essent habiles atque apti ad pedem, quia non essent viriles," sic (dixit) illam orationem disertam sibi et oratoriam videri, fortem et virilem non videri.

Ergo ille quoque damnatus est, neque solum primis sententiis, quibus tantum statuebant iudices, damnarent an absolverent, sed etiam illis, quas iterum legibus ferre debebant.

Erat enim Athenis reo damnato, si fraus capitalis non esset, quasi poenae aestimatio; et sententia cum iudicibus daretur, interrogabatur reus, quam aestimationem commeruisse se maxime confiteretur.

Quod cum interrogatus Socrates esset, respondit sese meruisse ut amplissimis honoribus et praemiis decoraretur et ut ei victus cotidianus in Prytaneo publice praeberetur, qui honos apud Graecos maximus habetur.

Cuius responso iudices sic exarserunt, ut capitis hominem innocentissimum condemnarent.

Qui quidem si absolutus esset - **quod me hercule**, etiam si nihil ad nos pertinet , **tamen propter eius ingeni magnitudinem vellem**- quonam modo istos philosophos ferre possemus , **qui nunc** , cum ille damnatus est nullam aliam ob culpam nisi propter dicendi inscientiam, **tamen** a se **oportere** dicunt peti praecepta dicendi?

Quibuscum ego non pugno **utrum sit melius aut verius**: **tantum dico** et aliud illud esse atque hoc, et hoc sine illo summum esse posse

DE ORATORE I.55. CICERONE. L'oratore è un giurista eloquente

iuris in causis, idcirco istam iuris scientiam eloquentiae tamquam ancillulam pedisequamque adiunxisti.

Nam **quod ius civile**, Crasse, **tam vehementer amplexus es video** quid egeris; **tum**, cum dicebas, **videbam**.

Primum Scaevolae te dedisti, quem omnes amare meritissimo pro eius eximia suavitate debemus, cuius artem cum indotatam esse et incomptam videres verborum eam dote locupletasti et ornasti;

deinde **quod in ea tu plus operae laborisque consumpseras**, cum eius studi tibi et hortator et magister esset domi, **veritus es**, nisi istam artem oratione exaggerasses ne operam perdidisses.

Sed ego ne cum ista quidem arte pugno.

Sit sane tanta quantam tu illam esse vis - **etenim sine controversia et magna est et late patet et ad multos pertinet et summo in honore semper fuit et clarissimi cives ei studio etiam hodie praesunt** - **sed vide**, Crasse **ne** dum novo et alieno ornatu velis ornare iuris civilis scientiam, **suo quoque eam concesso et tradito spoliis** atque denudes.

Nam, si ita diceres qui iuris consultus esset, esse eum oratorem, itemque qui esset orator, iuris eundem esse consultum, praeclaras duas artis constitueres atque inter se paris et eiusdem socias dignitatis.

Nunc vero iuris consultum sine hac eloquentia, de qua quaerimus, fateris esse posse, *fuisseque plurimos*;

oratorem negas, nisi illam scientiam adsumpserit, esse posse.

Ita est tibi iuris consultus ipse per se nihil nisi leguleius quidam cautus et acutus, praeco actionum, cantor formularum, auceps syllabarum; sed quia saepe utitur orator subsidio iuris in causis, idcirco istam iuris scientiam eloquentiae tamquam ancillulam pedisequamque adiunxisti.

DE FINIBUS, I, 32-33, CICERONE. Quando respingere i piaceri e accogliere le sofferenze

Sed ut perspiciatis, unde omnis iste natus error sit voluptatem accusantium doloremque laudantium, totam rem aperiam eaque ipsa, quae ab illo inventore veritatis et quasi architecto beatae vitae dicta sunt, explicabo.

Nemo enim ipsam voluptatem, quia voluptas sit, aspernatur aut odit aut fugit, sed quia consequuntur magni dolores eos, qui ratione voluptatem sequi nesciunt, neque porro quisquam est, qui dolorem ipsum, quia dolor sit, amet, consectetur, adipisci velit, sed quia non numquam eius modi tempora incidunt, ut labore et dolore magnam aliquam quaerat voluptatem.

Ut enim ad minima veniam, quis nostrum exercitationem ullam corporis suscipit laboriosam, nisi ut aliquid ex ea commodi consequatur?

Quis autem vel eum iure reprehenderit, qui in ea voluptate velit esse, quam nihil molestiae consequatur, vel illum, qui dolorem eum fugiat, quo voluptas nulla pariatur?

At vero eos et accusamus et iusto odio dignissimos ducimus, qui blanditiis praesentium voluptatum deleniti atque corrupti, quos dolores et quas molestias excepturi sint, obcaecati cupiditate non provident, similique sunt in culpa (ei), qui officia deserunt mollitia animi, id est laborum et dolorum fuga.

Et harum quidem rerum facilis est et expedita distinctio.

Nam libero tempore, cum soluta nobis est eligendi optio, cumque nihil impedit, quominus id, quod maxime placeat, facere possimus, omnis voluptas assumenda est, omnis dolor repellendus (est).

Temporibus autem quibusdam et aut officiis debitis aut rerum necessitatibus saepe eveniet ut et voluptates (nobis) repudiandae sint et molestiae (nobis) non recusandae (sint).

Itaque earum rerum hic tenetur a sapiente delectus, ut aut reiciendis voluptatibus maiores (voluptates) alias consequatur aut perferendis doloribus asperiores (dolores) repellat.

EPISTULAE, AD FAMILIARES 15,10, CICERONE. Richiesta di un favore politico

Marcus Cicero imperator salutem dicit Claudio Marcello consuli

Quoniam id accidit, quod mihi maxime fuit optatum, ut (omnium Marcellorum, Marcellinorum etiam mirificus enim generis ac nominis vestri fuit erga me semper animus) quoniam ergo ita accidit, ut omnium vestrum studio tuus consulatus satis facere posset, in quem meae res gestae lausque et honos earum potissimum incideret, peto a te, id quod facillimum factu est non aspernante, ut confido, senatu, ut quam honorificentissime senatus consultum, litteris meis recitatis, faciendum cures.

[2] si mihi tecum minus esset quam est cum tuis omnibus, adlegarem ad te illos a quibus intellegis me praecipue diligi.

Patris tui beneficia in me sunt amplissima; neque enim saluti meae neque honori amior quisquam dici potest;

frater tuus quanti me faciat semperque fecerit esse hominem qui ignoret arbitror neminem;

domus tua denique tota me semper omnibus summis officiis prosecuta est; neque vero tu in me diligendo cuiquam concessisti tuorum.

Qua re a te peto in maiorem modum ut me per te quam ornatissimum velis esse meamque et in supplicatione decernenda et in ceteris rebus existimationem satis tibi esse commendatam putes.

EPISTULAE, AD FAMILIARES. I. 1. CICERONE. Cicerone vuole incontrare l'amico M. Varrone

Cicero Marco Varoni suo salutem dicit

Ex iis litteris quas Atticus a te missas mihi legit, quid ageres et ubi esses cognovi; quando autem te visuri essemus, nihil sane ex eisdem litteris potui suspicari.

In spem tamen venio appropinquare tuum adventum: qui mihi utinam solacio sit!

Etsi tot tantisque rebus urgemur, aut tu potes me aut ego te fortasse aliqua re iuvare.

Scito enim me, postquam in urbem venerim, redisse cum veteribus amicis, id est cum libris nostris, in gratiam, etsi non idcirco eorum usum dimiseram, quod iis succenserem, sed quod eorum me suppudebat.

Videbar enim mihi, cum me in res turbolentissimas infidelissimis sociis demissem, praeceptis illorum non satis paruisse.

Ignoscunt mihi, revocant in consuetudinem pristinam, teque, quod in ea permanseris, sapientiore quam me dicunt fuisse.

Quam ob rem, quoniam placatis iis utor, videor sperare debere, si te viderim, et ea quae premant et ea quae impendeant, me facile laturum (esse).

Quamobrem, sive in Tusculano sive in Cumano ad te placebit sive, quod minime velim, Romae, dummodo simul simus, perficiam profecto, ut id utrique nostrum commodissimum esse videatur.

DE NATURA DEORUM, II, 45-46, CICERONE. Il panteismo stoico

[45] Restat, ut qualis eorum natura sit, consideremus; in quo nihil est difficilius quam a consuetudine oculorum aciem mentis abducere.

Ea difficultas induxit et vulgo imperitos et similes philosophos imperitorum, ut nisi figuris hominum constitutis nihil possent de dis immortalibus cogitare; cuius opinionis levitas, confutata a Cotta, non desiderat orationem meam.

Sed cum talem esse deum certa notione animi praesentiamus, primum ut sit animans, deinde ut in omni natura nihil eo sit praestantius, ad hanc praesensionem notionemque nostram nihil (esse) video quod potius accomodem quam ut primum hunc ipsum mundum, quo nihil excellentius fieri potest, animantem esse et deum iudicem. (quam ut=che/di)

[46] Hic quam volet Epicurus iocetur, homo non aptissimus ad iocandum minimeque resipiens patriam, et dicat se non posse intellegere qualis sit volubilis et rutundus deus, tamen ex hoc, quod etiam ipse probat, numquam me movebit.

Placet enim illi esse deos, quia necesse sit praestantem esse aliquam naturam qua nihil sit melius.

Mundo autem certe nihil est melius; nec dubium (est), quin, quod animans sit habeatque sensum et rationem et mentem, id sit melius quam id, quod iis careat.

AD ATTICUM, X, 4. in Cumano, mense Aprili anni 49 a.C.

Multas a te accepi epistulas eodem die, omnes diligenter scriptas, eam vero, quae voluminis instar erat, saepe legendam, sicuti facio; in qua non frustra laborem suscepisti, mihi quidem pergratum fecisti.

Qua re ut id, quoad licebit, id est quoad scies ubi simus, quam saepissime facias te vehementer rogo.

Ac deplorandi quidem, quod cotidie facimus, sit iam nobis aut finis omnino, si potest, aut moderatio quaedam, quod profecto potest.

Non enim iam quam dignitatem, quos honores, quem vitae statum amiserim cogito, sed quid consecutus sim, quid praestiterim, qua in laude vixerim, his denique in malis quid intersit inter me et istos quos propter omnia amisimus; hi sunt qui, nisi me civitate expulissent, obtinere se non putaverunt posse licentiam cupiditatum suarum, quorum societatis et sceleratae consensionis fides quo eruperit vides.[...]

Horum ego summorum imperatorum non modo res gestas non antepono meis, sed ne fortunam quidem ipsam; qua illi florentissima (fortuna conflictati esse videntur), nos duriore(fortuna)conflictati videmur.

Quis enim potest aut deserta per se patria aut oppressa beatus esse?

Et si, ut nos a te admonemur, recte in illis libris diximus nihil esse bonum nisi quod (sit) honestum, nihil malum (esse) nisi quod turpe sit, certe uterque istorum est miserrimus, quorum utrique semper patriae salus et dignitas posterior sua dominatione et domesticis commodis fuit.

Praeclara igitur conscientia sustentor, cum cogito me de re publica aut meruisse optime cum potuerim aut certe numquam nisi pie cogitasse.

COLUMELLA

DE RE RUSTICA XII, PROEMIO, 4-5-6, COLUMELLA. Ruolo dell'uomo e della donna

Quare, cum et operam et diligentiam desiderarent ea, quae proposuimus, nec exigua cura foris acquirerentur (ea), quae domi custodiri oporteret, iure, ut dixi, natura comparata est mulieris ad domesticam diligentiam, viri autem ad exercitationem forensem et extraneam; itaque viro calores et frigora perpetienda, tum etiam itinera et labores pacis ac belli, id est rusticationis et militarium stipendiorum, deus tribuit.

[5] Mulieri deinceps, quod omnibus his rebus eam fecerat inhabilem, domestica negotia curanda tradidit, et, quoniam hunc sexum custodiae et diligentiae adsignaverat, idcirco timidiorem reddidit quam virilem; nam metus plurimum confert ad diligentiam custodiendi.

[6] Quod autem necesse erat foris et in aperto victum quaerentibus nonnunquam iniuriam propulsare, idcirco virum quam mulierem fecit audaciorem.

FEDRO

Libro 1, 20, Fedro. Cani affamati

Stultum consilium non modo effectum caret, sed ad perniciem quoque mortalis devocat.

Corium depressum in fluvio viderunt canes.

Id ut comesse extractum possent facilius, aquam coepere ebibere: sed rupti prius periire quam (hoc)quod petierant contingerent.

Caesar ad atriensem, II, 5, Fedro.

Est ardalionum quaedam Romae natio,

trepide concursans, occupata in otio,

gratis anhelans, multa agendo nil agens,

sibi molesta et aliis odiosissima.

Hanc emendare, si tamen possum, volo
vera fabella; pretium est operae attendere.

Caesar Tiberius cum petens Neapolim
in Misenensem villam venisset suam,
quae, monte summo posita Luculli manu,
prospectat Siculum et respicit Tuscum mare,
ex alte cinctis unus atriensibus,
cui tunica ab umeris linteo Pelusio
erat destricta, cirris dependentibus,
perambulante laeta domino viridia,
alveolo coepit ligneo conspargere
humum aestuantem, iactans come officium:
sed deridetur.

Inde notis flexibus
praecurrit alium in xystum, sedans pulverem.
Agnoscit hominem Caesar, remque intellegit:
'Heus!' inquit dominus. Ille enimvero adsilit,
donationis alacer certae gaudio.
Tum sic iocata est tanta maiestas ducis:
'Non multum egisti et opera nequiquam perit;
multo maioris alapae mecum veneunt'.

Aquila, feles et aper, II, 4, Fedro

Aquila in sublimi quercu nidum fecerat;
feles cavernam, **nancta in media**, pepererat;
Sus nemoris cultrix fetum ad imam posuerat.

Tum fortuitum feles contubernium
fraude et scelestas sic evertit malitia.

Ad nidum scandit volucris:

"Pernicies" ait

"tibi paratur, forsitan et miserae mihi.

Nam, fodere terram quod vides cotidie
aprum insidiosum, quercum vult evertere,
ut nostram in plano facile progeniem opprimat".

Terrore offuso et perturbatis sensibus

derepit ad cubile saetosae suis:

"Magno" inquit "in periculo sunt nati tui.

nam, simul exieris pastum cum tenero grege,
aquila est parata rapere porcellos tibi".

Hunc quoque timore postquam complevit locum,
dolosa tuto condidit sese cavo.

Inde evagata noctu suspensio pede,

ubi esca sese explevit et prolem suam,
pavorem simulans prospicit toto die.

Ruinam metuens aquila ramis desidet;
aper rapinam vitans non prodit foras.

Quid (dicam) multa? Inedia sunt consumpti cum suis,
felisque catulis largam praebuerat dapem.
Quantum homo bilinguis saepe concinnet mali,
documentum habere stulta credulitas potest.

Epilogus, Auctor, Fedro. Il sugo di tutta la storia

Aesopi ingenio statuam posuere Attici,
servumque collocarunt aeterna in basi,
patere honoris scirent ut cuncti viam
nec generi tribui sed virtuti gloriam.

Quoniam occuparat alter (ita) ut primus foret,
ne solus esset, studui, (hoc) quod superfuit.
Nec haec (est) invidia, verum est aemulatio.

Quod si labori faverit Latium meo,
plures (autores) habebit quos opponat Graeciae.

Si livor obtrectare curam voluerit,
non tamen eripiet laudis conscientiam.

Si nostrum studium ad aures pervenit tuas,
et arte fictas animus sentit fabulas,
omnem querellam submovet felicitas.

Sin autem doctus illis occurrit labor,
sinistra quos in lucem natura extulit,
(nec quidquam possunt nisi meliores carpere),
fatale exilium corde durato feram,
donec Fortunam criminis pudeat sui.

LUCANO

PHARSALIA 1-50, LUCANO. Condanna delle guerre civili

Bella per Emathios plus quam civilia campos Macedonia >> Tessaglia >> Farsalo metonimia

Iusque datum sceleri canimus, populumque potentem pluralia maiestatis polisindeto

In sua victrici conversum viscera dextra, metafora metonimia

Cognatasque acies, et rupto foedere regni, metonimia

Certatum totis concussi viribus orbis

In commune nefas, infestisque obvia signis epanalessi

Signa, pares aquilas, et pila minantia pilis.

Quis furor, o cives, (fuit) quae tanta licentia (fuit) ferri, domanda retorica e metonimia

Gentibus invisus Latium praebere cruorem? metonimia

Cumque superba foret Babylon (capitale regno partico) spolianda trophaeis antonomasia

Ausoniis, umbraque erraret Crassus (53 a.C. Carre: sconfitta di Crasso) inulta,

Bella geri placuit nullos habitura triumphos? domanda retorica

Heu quantum terrae potuit pelagique parari

Hoc, quem civiles hauserunt, sanguine, dextrae, iperbato metonimia

Unde venit Titan, et Nox ubi sidera condit, metonimia prosopopea

Quaque dies medius flagrantibus aestuat horis, polisindeto

Et qua bruma, rigens ac nescia vere remitti, 4 perifrasi

Adstringit Scythico glaciale frigus pontum!

Sub iuga iam Seres (Estremo oriente) , iam barbarus isset Araxes

(fiume dell'Armenia), antonomasia e ipallage e metonimia

Et gens si qua iacet nascenti conscia Nilo.

Tunc, si tantus amor belli tibi, <u>Roma</u>, nefandi (est),	metonimia
Totum sub Latias leges cum miseris orbem,	iperbole
In te verte manus: nondum tibi defuit hostis.	antifrasi
At nunc <u>semirutis</u> pendent quod moenia <u>tectis</u>	iperbato
Urbibus Italiae, lapsisque ingentia muris	
Saxa iacent, <u>nulloque domus custode</u> tenentur	anastrofe
<u>Rarus et antiquis habitator in urbibus</u> errat,	anastrofe metonimia
Horrida <u>quod dumis</u> multosque inarata per annos	anastrofe
Hesperia est, <u>desuntque manus poscentibus arvis,</u>	
Non tu, <u>Pyrrhe ferox</u>, nec tantis cladibus auctor	antonomasia
<u>Poenus</u> erit: nulli penitus discindere <u>ferro</u>	antonomasia metonimia
Contigit: alta sedent civilis vulnera dextrae.	

Quod si non <u>aliam venturo fata Neroni</u>	iperbato
<u>invenere viam</u> magnoque aeterna <u>parantur</u>	
<u>regna deis</u> caelumque suo servire <u>Tonanti</u>	antonomasia iperbato
non nisi saevorum potuit post bella gigantum,	iperbato
iam nihil, o superi, querimur; scelera ipsa nefasque	ironia/sarcasmo
hac mercede placent.	

<u>Diros</u> Pharsalia campos	ipallage
--------------------------------------	----------

inpleat et Poeni saturentur sanguine manes,

ultima funesta concurrant proelia Munda (45 a.C.vittoria di Cesare in Spagna sulle ultime truppe p),

his, Caesar, Perusina (40 a. C. : presa di Perugia da parte di Ottaviano)

fames Mutinaeque (42 a. C. assedio di Modena da parte di Antonio) **labores**

accedant fatis et quas premit aspera classes polisindeto

Leucas (31 a. C. isola che sull'Adriatico è vicina ad Azio dove Ottaviano fu sconfitto da Antonio)

et ardenti servilia bella sub Aetna (36 a. C. guerra tra Ottaviano e Sesto Pompeo), anastrofe

multum Roma tamen debet civilibus armis metonimia ironia

quod tibi (Nerone) **res acta est.** anadiplosi

Te, cum statione peracta

astra petes serus, praelati regia caeli

excipiet gaudente polo: seu sceptrum tenere iperbato

seu te flammigeros Phoebi conscendere currus

telluremque nihil mutato sole timentem

igne vago lustrare iuvet, tibi numine ab omni iperbole

cedetur, iurisque tui natura relinquet

quis deus esse velis, ubi regnum ponere mundi.

CANTIAMO LE GUERRE ATTRAVERSO I CAMPI DI EMazia PIU' (ATROCI) DELLE CIVILI [PERCHE' TRA PARENTI: POMPEO AVEVA SPOSATO GIULIA, LA FIGLIA DI CESARE], IL DIRITTO CONCESSO AL DELITTO E UN POPOLO POTENTE CON LA DESTRA VITTORIOSA , RIVOLTO CONTRO LE SUE (STESSE) VISCERE, E LE TRUPPE CONSANGUINEE E, ROTTO IL PATTO DI GOVERNO, IL COMBATTUTO (LA LOTTA) DA TUTTE LE FORZE DELLA TERRA SCONVOLTA IN UNA COMUNE EMPIETA', E LE INSEGNE NEMICHE ALLE INSEGNE NEMICHE, COSI' LE AQUILE, E LE ARMI AVVERSE (CHE MINACCIAANO) ALLE ARMI.

QUALE FURORE CI FU, O CITTADINI, QUALE ABUSO COSI' GRANDE DI ARMI, DI OFFRIRE IL SANGUE LATINO A POPOLI NEMICI? DOVENDO INVECE SPOLIARE LA SUPERBA BABILONIA DEI TROFEI AUSONI, ERRANDO CRASSO CON OMBRA INVENDICATA, PIACQUE COMBATTERE GUERRE DESTINATE A NON AVERE NESSUN TRIONFO?

O QUANTA TERRA E MARE AVREBBE POTUTO ESSERE CONQUISTATA CON QUESTO SANGUE CHE LE DESTRE FRATERNE VERSARONO, DONDE GIUNGE IL TITANO [IL SOLE, FIGLIO DI UN TITANO] E DOVE LA NOTTE NASCONDE LE STELLE, E ATTRAVERSO DOVE IL MEZZOGIORNO BRUCIA CON ORE INFUOCATE, E ATTRAVERSO DOVE L'INVERNO, RIGIDO E INCAPACE DI ESSERE RIMPIAZZATO DALLA PRIMAVERA, RAPPRENDE IL MARE GLACIALE CON IL FREDDO SCITICO [A NORD DEL MAR CASPIO E DEL MAR NERO]. I SERI SAREBBERO FINITI SOTTO IL (SUO) GIOGO, ORMAI IL BARBARO ARXE E LA GENTE, SE QUALCUNA ESISTE, CONSCIA DEL NILO NASCENTE.

ALLORA, SE HAI UN COSI' GRANDE AMORE PER UNA GUERRA NEFANDA, O ROMA, AVENDO POTUTO CONDURRE TUTTA LA TERRA SOTTO LE LEGGI LATINE, VOLGI LE ARMI CONTRO DI TE, NON TI SONO ANCORA MANCATI I NEMICI.

E ORA, VISTO CHE LE MURA GRAVITANO [MINACCIAVO DI CADERE] SUI TETTI SEMIDISTRUTTI, NELLE CITTA' D'ITALIA, INGENTI MASSI GIACCIONO SUI MURI COLPITI, E LE CASE NON SONO SORVEGLIATE DA NESSUN CUSTODE, E SPARUTI ABITANTI ERRANO NELLE ANTICHE CITTA', L'ITALIA E' COPERTA DA ROVI POICHE' PER MOLTI ANNI INCOLTA E MANCANO LE MANI PER I CAMPI CHE LE CHIEDONO, NON TU PIRRO FEROCO, NE' IL CARTAGINESE SARA' L'AUTORE DI COSI' GRANDI DISASTRI: A NESSUNO È TOCCATO DI AFFONDARE CON LA SPADA (COSI') PROFONDAMENTE: PROFONDE FERITE DI MANO CITTADINA SI APRONO.

PERCIO' , SE I FATI NON HANNO TROVATO UN'ALTRA STRADA PER NERONE DESTINATO A VENIRE E I REGNI ETERNI SONO PREPARATI PER GLI DEI A GRAVE PREZZO, E IL CIELO NON POTE' SERVIRE AL SUO GIOVE SE NON DOPO LE GUERRE DEI CRUDELI GIGANTI, NON CI LAMENTIAMO ORMAI DI NULLA, O CELESTI; PER QUESTA RICOMPENSA GLI STESSI DELITTI E IL MISFATTO SONO GRADITI.

FARSALIA COLMI PURE I CAMPI CRUDELI E I MANI CARTAGINESI SIANO SAZIATI DAL (NOSTRO) SANGUE; LE ULTIME BATTAGLIE SI COMBATTANO NELLA MUNDA FUNESTA; A QUESTI, O CESARE, SI AGGIUNGANO PER I FATI LA FAME PERUGINA E LE SOFFERENZE DI MODENA E L'ASPRO LEUCA QUALI FLOTTE DISTRUGGE, E LE GUERRE SERVILI SOTTO L'ARDENTE ETNA, MOLTO ROMA TUTTAVIA DEVE ALLE ARMI CIVILI, POICHE' LA VICENDA SI E' SVOLTA PER TE.

LA REGGIA DEL CIELO PRESCELTO ACCOGLIERA' TE, PORTATA A TERMINE LA (TUA) MISSIONE, QUANDO RAGGIUNGERAI TARDI GLI ASTRY, GODENDONE TUTTO IL FIRMAMENTO: SIA CHE TI PIACCIA MANTENERE LO SCETTRO, SIA SALIRE SUI CARRI FIAMMEGGIANTI DI FEBO E ILLUMINARE LA TERRA PER NULLA INTIMORITA, ESSENDO MUTATO IL SOLE, CON VAGO SPLENDORE, A TE CEDERA' OGNI NOME, E LA NATURA DEL TUO DIRITTO LASCERA' QUALE DIO TU VOGLIA ESSERE E DOVE PORRE IL REGNO DEL MONDO.

PHARSALIA, VII. 617-646, LUCANO. Si piangono i destini di Roma

Impendisse (me) **pudet** lacrimas in funere mundi

mortibus innumeris ac singula fata sequentem

quaerere, letiferum per cuius viscera vulnus

exierit, quis fusa solo vitalia calcet,

ore quis adverso demissum faucibus ensem

expulerit moriens anima, quis corruat ictu;

quis steterit dum membra cadunt, qui pectore tela

transmittant, aut quos campis adfixerit hasta,

quis cruor emissis perruperit aëra venis

inque hostis cadat arma sui, quis pectora fratris

caedat et, ut notum possit spoliare cadaver,

abscisum longe mittat caput, ora parentis

quis laceret nimiaque probet spectantibus ira,

quem iugulat, (eum) non esse patrem.

Mors nulla querella

digna sua est, nullosque hominum lugere vacamus.

Non istas habuit pugnae Pharsalia partes

quas aliae clades: illic per fata virorum,

per populos hic Roma perit, quod militis illic

mors hic gentis erat; sanguis ibi fluxit Achaeus,
Ponticus, Assyrius; cunctos haerere cruores
Romanus (sanguis) campisque vetat consistere torrens.

Maius ab hac acie, quam quod sua saecula ferrent,
vulnus habent populi; plus est, quam vita salusque
(hoc) quod perit: in totum mundi prosternimur aevum.

Vincitur his gladiis omnis quae serviat aetas.

Proxima quid suboles aut quid meruere nepotes
in regnum nasci? pavide num gessimus arma
teximus aut iugulos? Alieni poena timoris
in nostra cervice sedet.

Post proelia natis
si dominum, Fortuna, dabas, et bella dedisses.

LUCREZIO

ELOGIO A EPICURO, LIBRO VI DI LUCREZIO

Primae frugiparos fetus mortalibus aegris
dididerunt **quondam** praeclaro nomine Athenae

et recreaverunt vitam legesque rogarunt

et primae dederunt **solacia dulcia** vitae,

cum genuere virum tali cum corde repertum,

omnia veridico qui quondam ex ore profudit,

cuius et extincti propter divina reperta,

divulgata vetus iam, ad caelum gloria fertur.

polisindeto chiasmo

allitterazione omoteleuto

anastrofe

iperbato

anastrofe

iperbole

Nam cum vidit hic ad victum quae flagitat usus anastrofe

omnia iam ferme mortalibus esse parata

et, **pro quam possent**, vitam consistere tutam,

divitiis homines et honore et laude potentis

affluere atque bona gnatorum excellere fama,

nec minus esse **domi** cuiquam tamen anxia cordi,

allitterazione

polisindeto

atque **animi** ingratis vitam vexare sine ulla
pausa atque infestis cogi saevire querellis,
intellegit ibi vitium vas efficere ipsum
omniaque illius vitio **corrumpier** intus,
quae conlata (sunt) foris et commoda cumque venirent;

partim quod fluxum pertusumque esse videbat, anafora
ut nulla posset ratione **explerier** umquam,
partim quod taetro quasi conspurcare sapore
omnia cernebat, quae cumque receperat, intus. iperbato

Veridicis igitur **purgavit pectora dictis** allitterazione anastrofe
et **finem statuit** cuppedinis atque timoris chiasmo
exposuitque bonum summum, quo tendimus omnes, TETRAFARMACO
quid foret, atque viam monstravit tramite parvo iperbato
qua possemus ad id recto contendere cursu,
quidve mali foret in rebus **mortalibu** passim, apocope
quod fieret naturali **varieque volaret** allitterazione J
seu casu seu vi, quod sic natura parasset,
et **quibus e portis** occurri cuique deceret, metafora
et genus humanum frustra plerumque probavit
volvere curarum tristis in pectore **fluctus**. metafora

Nam **vel uti** pueri trepidant atque omnia **caecis** similitudine ipallage J
in tenebris metuunt, sic nos in luce timemus
inter dum, (ea) **nihilo quae sunt metuenda magis quam** anastrofe
(ea) **quae pueri in tenebris pavitant finguntque futura** (esse). allitterazione

Hunc igitur **terrorem animi tenebrasque** necessest
non radii solis nec lucida tela diei metafora
discutiant, **sed naturae species ratioque.** chiasmo endiadi

Quo magis inceptum pergam **pertexere** dictis. metafora
Et quoniam docui mundi mortalia **templa** metafora
esse [et] nativo consistere corpore caelum,
et (ea) **quae cumque in eo fiunt fierique** necessest
pleraque dissolvi, (ea) **quae restant** percipe porro.

Per prima un tempo Atene, dal nome assai famo-so, diede ai miseri mortali i frutti generatori di messi e trasformò la vita e promulgò le leggi e per prima assicurò i dolci conforti della vita, quando mise al mondo un uomo dotato di una tale mente, 5 lui che un tempo rivelò ogni cosa con bocca ve-ritiera; e di lui, anche se morto, la fama, già in an-tico divulgata per le divine scoperte è portata fino al cielo. Infatti quando costui vide che erano or-mai predisposte per i mortali quasi tutte le cose che l'uso richiede per vivere 10 e, per quanto po-tevano, la vita si manteneva sicura, e gli uomini potenti sia per onore che per fama erano larga-mente provvisti di ricchezze esi segnalavano per la buona reputazione dei figli, e nondimeno ognuno aveva tuttavia nell'intimo un cuore angosciato, e suo malgrado nell'animo tormentava senza sosta alcuna la vita 15 ed era costretto ad infuriarsi con tremendi lamenti, comprese allora che il vaso stes-so produceva il vizio e all'interno per colpa sua si guastavano tutte quelle cose che, raccolte all'e-sterio, anche se utili, vi penetravano, in parte perché vedeva che era permeabile e forato, 20 cosicché non poteva mai essere riempito in

nessun modo, in parte perché notava che insozzava per così dire di un lezzo ripugnante tutte quelle cose che aveva raccolto all'interno. Purificò pertanto gli animi con parole veritiere e pose fine al desiderio e al timore 25 ed espose cosa fosse il sommo bene, al quale tutti tendiamo, e mostrò la via dal breve percorso attraverso la quale potessi-mo dirigerci verso di esso con un percorso diretto, o cosa ci fosse di male generalmente nelle vicende umane, che avviene sia per caso o per forza naturale e per vie diverse se ne vola, 30 poiché la natura ha così predisposto, e da quali portecon-venisse ad ognuno disporsi a difesa, e dimostrò che il genere umano per lo più inutilmente fa scorrere i flutti amari degli affanni. Come i bambini infatti hannop aura e temono ogni cosa 35 nelle buie tenebre, così noi a volte abbiamo paura nella luce di ciò che per nulla è da temere più di quello che i bambini paventano nelle tenebre ed immaginano che stiano per accadere. E' necessario pertanto che questo terrore e tenebre del-l'animo li scaccino non i raggi del sole né i lucenti dardi del giorno 40 ma l'osservazione razionale della natura

RUTILIO NAMAZIANO

DE REDITU SUO I, 1-58. RUTILIO NAMAZIANO SALUTA NOSTALGICAMENTE LA SUA ROMA

Velocem potius reditum mirabere, lector,

variatio apocope

tam cito Romuleis posse carere bonis.

antonomasia

Quid longum (est) toto Romam venerantibus aevo?

domanda retorica

Nil umquam longum est quod sine fine placet.

O quantum et quotiens possum numerare beatos (eos)

nasci felici qui meruere solo!

anastrofe

apocope

Qui, Romanorum procerum generosa propago,

ingenitum cumulant urbis honore decus!

anastrofe

Semina virtutum, demissa et tradita caelo,

non potuere aliis dignius esse locis.

sincope

Felices etiam (fuerunt) (ei) qui proxima munera primis

sortiti Latias obtinuere domos!

sincope

Religiosa patet peregrinae Curia laudi,

nec putat externos (eos) quos decet esse suos;

ordinis imperio collegarumque fruuntur

et partem Genii quem venerantur habent: prosopopea

quale per aetherios mundani verticis axes perifrasi

concilium summi credimus esse dei.

At mea dilectis fortuna revellitur oris, anastrofe

indigenamque suum Gallica rura vocant.

Illa quidem longis nimium deformia bellis (sunt),

sed quam grata (sunt) minus, tam miseranda magis (sunt).

Securos/us levius crimen (est) contemnere cives:

privatam repetunt publica damna fidem.

Praesentes, lacrimas tectis debemus avitis: metafora metonimia

prodest admonitus saepe dolore labor.

Nec fas (est) ulterius longas nescire ruinas

quas mora suspensae multiplicavit opis:

iam tempus (est) laceris post saeva incendia fundis ipallage

vel pastorales aedificare casas.

Ipsi quin etiam fontes si mittere vocem

ipsaque si possent arbute nostra loqui, anastrofe

(me) cessantem iustis poterant urgere querelis

et desideriis addere vela meis. metafora

Iam iam **laxatis carae complexibus urbis**

vincimur et serum vix toleramus iter.

Electum (est) pelagus, quoniam terrena viarum

plana madent fluvii, cautibus (terrena) alta rigent. parallelismo

Postquam Tuscus ager postquamque Aurelius agger,

perpessus (est) Geticas ense vel igne manus, concordatio ad sensum

non silvas domibus, non flumina ponte coërcet, metafora

incerto satius (est) credere vela mari. metafora/perifrasi

Crebra relinquendis infigimus oscula portis:

inviti superant limina sacra pedes.

Oramus veniam lacrimis et laude litamus, chiasmo

in quantum fletus currere verba sinit:

"exaudi, regina tui pulcherrima mundi,

inter sidereos Roma recepta polos, iperbole

exaudi, genetrix hominum genetrixque deorum,

non procul a caelo per tua templa sumus:

te canimus semperque, sinent dum fata, canemus:

sospes nemo potest immemor esse tui.

Obruerint citius scelerata oblivia solem,

quam tuus ex nostro corde recedat honos.

Nam solis radiis aequalia munera tendis,

qua circumfusus fluctuat Oceanus.

Volvitur ipse tibi, qui continet omnia, Phoebus antonomasia

(a)equae tuis (terris) ortos/us, in tua (maria) condit equos. metafora perifrasi

O lettore, ti meravigliai piuttosto del (mio) ritorno inaspettato, che io possa tanto presto privarmi dei beni di Romolo. Che cosa è lungo per coloro che venerano Roma per tutta la vita? Non è mai lungo nulla che piace senza fine. O quanto e quante volte posso ritenere felici coloro che hanno avuto la fortuna di nascere in questa terra felice! Che, generosa stirpe dei grandi Romani, accrescono il decoro natale con l'onore della città. I semi di virtù caduti e trasmessi dal cielo non avrebbero potuto trovarsi più degnamente in altri luoghi. Furono felici anche quelli che hanno ottenuto le loro case nel Lazio, avendo in sorte dei doni molto vicini ai primi. La Curia venerabile si apre alla gloria straniera e non considera nemici coloro che ritiene conveniente che siano suoi; godono dell'autorità di quest'ordine e dei colleghi (degli altri magistrati) e hanno parte del Genio che venerano: quale forza unificatrice del Dio sommo attraverso gli assi eterei del vertice del mondo crediamo che ci sia. La mia sorte però è strappata dalle rive

amate e le terre della Galiia mi rivendicano come loro nativo. Quelle invero sono distrutte dalle guerre troppo lunghe, ma quanto meno sono belle tanto più si devono compiangere. E' una colpa abbastanza sconsiderata trascurare i propri cittadini al sicuro: le disgrazie comuni richiedono un'integrità particolare. Presenti, dobbiamo lacrime ai tetti aviti: la fatica suscitata dal dolore è spesso utile. E non è possibile ignorare ulteriormente le rovine che il ritardo di un aiuto sospeso ha moltiplicato: è ormai tempo, dopo i furiosi incendi contro i fondi straziati, almeno costruire capanne di pastori. Anzi le stesse fonti, se potessero emettere una voce, se gli stessi alberi potessero parlare, potrebbero spingere con giusti lamenti me che mi attardo e aggiungere le vele ai miei desideri.

Presto già, dopo essermi separato dagli abbracci della cara città, ci arrendiamo e affrontiamo a stento il duro viaggio. Si è scelto il mare poiché le terre pianeggianti delle vie trasudano di acque, le terre alte sono impervie di rocce scoscese. Dopo che l'Agro Toscano e dopo che la via Aureliana hanno sopportato le bande gotiche col ferro e col fuoco, con le abitazioni non allontana le foreste, con i ponti non vince i fiumi, è meglio affidare le vele a un mare incerto. Offriamo frequenti baci nel lasciare le porte: i miei piedi contro voglia superano i confini sacri. Chiediamo perdono con le lacrime, offriamo sacrifici con la lode, per quanto il pianto permette alle parole di uscire:

"Ascolta, o regina bellissima del tuo mondo, ascolta o Roma accolta tra gli spazi siderali, ascolta o madre degli uomini e degli dei, non lontano dal cielo ci troviamo attraverso i tuoi templi: te cantiamo e sempre canteremo, finché i fati lo permetteranno: nessun vivente può essere immemore di te. Le scellerate dimenticanze abbiano offuschino il sole più facilmente che il tuo onore possa uscire dal nostro cuore. Infatti offri i tuoi doni eguali i raggi del sole attraverso dove l'Oceano, sparso intorno, è mosso. Lo stesso Febo che avvolge ogni cosa, ruota per te, egualmente sorto per le tue terre, nasconde i cavalli nei tuoi mari.

SALLUSTIO

De coniuratione Catilinae 20, Sallustio. Catilina incoraggia alla rivolta

Catilina ubi eos, quos paulo ante memoravi, convenisse videt, tametsi cum singulis multa saepe egerat, tamen in rem fore credens univorsos appellare et cohortari in abditam partem aedium secedit atque ibi omnibus arbitris procul amotis orationem huiusce modi habuit:

"Ni virtus fidesque vostra spectata mihi forent, nequiquam opportuna res cecidisset, spes magna, dominatio in manibus frustra fuissent, neque ego per ignaviam aut vana ingenia incerta pro certis captarem.

Sed quia multis et magnis tempestatibus vos cognovi fortis fidosque mihi, eo animus ausus est maxumum atque pulcherrimum facinus incipere, simul quia vobis eadem, quae (sunt) mihi, bona malaque esse intellexi; nam, idem velle atque idem nolle, ea demum firma amicitia est. Sed ego (ea) quae mente agitavi, omnes iam antea divorsi audistis.

Ceterum mihi in dies magis animus accenditur, cum considero, quae condicio vitae futura sit, nisi nosmet ipsi vindicamus in libertatem. Nam postquam res publica in paucorum potentium ius atque dicionem concessit, semper illis reges, tetrarchae vectigales esse, populi, nationes stipendia pendere. Ceteri omnes, strenui, boni, nobiles atque ignobiles, vulgus fuimus, sine gratia, sine auctoritate, iis obnoxii, quibus, si res publica valeret, formidini essemus.

Itaque omnis gratia, potentia, honos, divitiae apud illos sunt aut ubi illi volunt; nobis reliquere pericula, repulsas, iudicia, egestatem. Quae quousque tandem patiemini, o fortissimi viri? Nonne emori per virtutem praestat quam vitam miseram atque inhonestam, ubi alienae superbiae ludibrio fueris, per dedecus amittere?

Verum enim vero (=ma in verità), pro deum atque hominum fidem, victoria in manu nobis est; viget aetas, animus valet; contra illis annis atque divitiis omnia consenuerunt.

Tantummodo incepto opus est, cetera res expedit.

Etenim quis mortalium, cui virile ingenium est, tolerare potest illis divitias superare, quas profundant in exstruendo mari et montibus coaequandis, nobis rem familiarem etiam ad necessaria deesse? Illos binas aut amplius domos continuare, nobis larem familiarem nusquam ullam esse?

Cum tabulas, signa, toreumata emunt, nova diruunt, alia aedificant, postremo omnibus modis pecuniam trahunt, vexant, tamen summa lubidine divitias suas vincere nequeunt.

At nobis est domi inopia, foris aes alienum, mala res, spes multo asperior: denique quid reliqui habemus praeter miseram animam?

Quin (=perché non) **igitur** **expergiscimini?** En illa, illa, **quam saepe optastis**, **libertas**, **praeterea divitiae**, **decus**, **gloria in oculis sita sunt**; **fortuna omnia ea victoribus praemia posuit.**

Res, **tempus**, **pericula**, **egestas**, **belli spolia magnifica** **magis quam oratio mea vos hortantur.** **Vel imperatore vel milite me utimini!** **Neque animus neque corpus a vobis aberit.** **Haec ipsa**, ut spero, **vobiscum una consul agam**, **nisi forte me animus fallit et vos servire magis quam imperare parati estis.**

DE CATILINAE CONIURATIONE, 21, SALLUSTIO. Catilina riunisce i possibili congiurati

Postquam accepere ea homines, **quibus mala abunde omnia erant**, **sed neque res neque spes bona ulla**, **tametsi illis quieta movere magna merces videbatur**, **tamen postulavere plerique**, **ut proponeret**, **quae condicio belli foret**, **quae praemia armis peterent**, **quid ubique opis aut spei haberent.**

Tum Catilina polliceri tabulas novas (=registri dei debiti), **proscriptionem locupletium**, **magistratus**, **sacerdotia**, **rapinas**, **alia omnia**, **quae bellum atque lubido victorum fert.**

Praeterea (dicebat) **esse in Hispania citeriore Pisonem**, **in Mauretania cum exercitu P.Sittium Nucerinum**, **consili sui participes**; **petere consulatum C.Antonium**, **quem sibi collegam fore speraret**, **hominem et familiarem et omnibus necessitudinibus circumventum**; **cum eo se consulem initium agundi facturum (esse).**

Ad hoc maledictis increpabat omnis bonos, **suorum unumquemque nominans** **laudare**; **admonebat alium egestatis**, **alium cupiditatis suae**, **compluris periculi aut ignominiae**, **multos victoriae Sullanae**, **quibus ea praedae fuerat.**

Postquam omnium animos alacris videt, **cohortatus**, **ut petitionem suam curae haberent**, **conventum dimisit.**

DE CATILINAE CONIURATIONE, 22-23, SALLUSTIO. La congiura di Catilina è scoperta

Fuere ea tempestate (ei), qui dicerent Catilinam oratione habita, cum ad ius iurandum popularis sceleris sui adigeret, humani corporis sanguinem vino permixtum in pateris circumtulisse: inde cum post execrationem omnes degustavissent, sicuti in sollemnibus sacris fieri consuevit, aperuisse consilium suum; atque eo dictitare fecisse, quo inter se fidi magis forent alius alii tanti facinoris conscii.

Nonnulli ficta (esse) et haec et multa praeterea existumabant ab iis, qui Ciceronis invidiam (=impopolarità), quae postea orta est, leniri credebant atrocitate sceleris eorum, qui poenas dederant.

Nobis ea res pro magnitudine parum comperta est.

Sed in ea coniuratione fuit Q. Curius, natus haud obscuro loco, flagitiis atque facinoribus copertus, quem censores senatu probri gratia moverant.

Huic homini non minor vanitas inerat quam audacia; neque reticere (ea) quae audierat, neque suamet ipse scelera occultare, prorsus neque dicere neque facere quicquam pensi habebat.

Erat ei cum Fulvia, muliere nobili, stupri vetus consuetudo; cui cum minus gratus esset, quia inopia minus largiri poterat, repente glorians maria montisque polliceri coepit et minari interdum ferro, ni sibi obnoxia foret, postremo ferocius agitare quam solitus erat.

At Fulvia, insolentiae Curi causa cognita, tale periculum rei publicae haud occultum habuit, sed, sublato auctore, de Catilinae coniuratione (ea) quae quoquo modo (=comunque) audierat compluribus narravit.

Ea res in primis studia hominum accendit ad consulatum mandandum M. Tullio Ciceroni.

Namque antea pleraque nobilitas invidia aestuabat et quasi pollui consulatum credebant, si eum quamvis egregius homo novos adeptus foret.

Sed ubi periculum advenit, invidia atque superbia post fuere.

In quel tempo alcuni dissero che Catilina, tenuto il discorso, al momento di far prestare giuramento ai complici del suo delitto, avesse fatto

De coniuratione Catilinae XXVII, Sallustio. Preparativi di Catilina a Roma

Igitur C.Manlium Faesulas atque in eam partem Etruriae, Septimium quendam Camertem in agrum Picenum, C.Iulium in Apuliam dimisit, praeterea alium alio, quem ubique opportunum sibi fore credebat.

Interea Romae multa simul moliri: consulibus insidias tendere, parare incendia, opportuna loca armatis hominibus obsidere; ipse cum telo esse, item alios iubere, hortari, uti semper intenti paratique essent; dies noctisque festinare, vigilare, neque insomniis neque labore fatigari.

Postremo, ubi multa agitant nihil procedit, rursus intempesta nocte coniurationis principes convocat ad M.Porcium Laecam ibique multa de ignavia eorum questus docet se Manlium praemisisse ad eam multitudinem, quam ad capiunda arma paraverat, item alios in alia loca opportuna, qui initium belli facerent, seque ad exercitum proficisci cupere, si prius Ciceronem oppressisset; eum suis consiliis multum officere.

De coniuratione Catilinae XXVIII, Sallustio. Fallito attentato a Cicerone

Igitur perterritis ac dubitantibus ceteris C.Cornelius eques Romanus operam suam pollicitus et cum eo L.Vargunteius senator constituere ea nocte paulo post cum armatis hominibus sicuti salutatum introire ad Ciceronem ac de inproviso domi suae inparatum confodere.

Curius ubi intellegit, quantum periculum consuli impendat, propere per Fulviam Ciceroni dolum, qui parabatur, enuntiat. Ita illi ianua prohibiti tantum facinus frustra susceperant.

Interea Manlius in Etruria plebem sollicitare egestate simul ac dolore iniuriae novarum rerum cupidam, quod Sullae dominatione agros bonaque omnis amiserat, praeterea latrones cuiusque generis, quorum in ea regione magna copia erat, nonnullos ex Sullanis coloniis, quibus lubido atque luxuria ex magnis rapinis nihil reliqui fecerat.

De coniuratione Catilinae XXIX. Sallustio. Cicerone riferisce al Senato

Ea cum Ciceroni nuntiarentur, ancipiti malo permotus, quod neque urbem ab insidiis privato consilio longius tueri poterat neque, exercitus Manlii quantus aut quo consilio foret, satis compertum habebat, rem ad senatum refert iam antea vulgi rumoribus exagitatam.

Itaque, quod plerumque in atroci negotio solet, senatus decrevit, darent operam consules, ne quid res publica detrimenti caperet. Ea potestas per senatum, more Romano, magistratui maxuma permittitur: exercitum parare, bellum gerere, coercere omnibus modis socios atque civis, domi militiaeque imperium atque iudicium summum habere; aliter sine populi iussu nullius earum rerum consuli ius est.

DE CATILINAE CONIURATIONE, 56. SALLUSTIO. I preprativi di Catilina

Dum ea Romae geruntur, Catilina ex omni copia quam et ipse adduxerat et Manlius habuerat, duas legiones instituit; cohortis pro numero militum complet.

Deinde, ut quisque voluntarius aut ex sociis in castra venerat, aequaliter distribuerat ac brevi spatio legiones numero hominum expleverat, cum initio non amplius duobus milibus habuisset.

Sed ex omni copia circiter pars quarta erat militaribus armis instructa; ceteri, ut quemque casus armaverat, sparas aut lanceas, alii praeacutas sudis portabant.

Sed postquam Antonius cum exercitu adventabat, Catilina per montis iter facere; modo ad urbem, modo Galliam versus castra movere; hostibus occasionem pugnandi non dare:

sperabat propediem magnas copias sese habiturum, si Romae socii incepta patravissent.

Interea servitia repudiabat, cuius initio ad eum magnae copiae concurrebant, opibus coniurationis fretus, simul alienum suis rationibus existumans videri causam civium cum servis fugitivis communicavisse.

DE CATILINAE CONIURATIONE, 57-58, SALLUSTIO. Catilina rincuora i suoi

Sed postquam in castra nuntius pervenit Romae coniurationem patefactam (esse), de Lentulo et Cethego ceterisque, quos supra memoravi, supplicium sumptum (esse), plerique, quos ad bellum spes rapinarum aut novarum rerum studium illexerat, dilabuntur; reliquos Catilina per montis asperos magnis itineribus in agrum Pistoriensem abducit eo consilio, uti per tramites occulte perfugeret in Galliam Transalpinam.

At Q. Metellus Celer cum tribus legionibus in agro Piceno praesidebat ex difficultate rerum eadem illa existumans, quae supra diximus, Catilinam agitare.

Igitur ubi iter eius ex perfugis cognovit, castra propere movit ac sub ipsis radicibus montium consedit, qua illi descensus erat in Galliam properanti.

Neque tamen Antonius procul aberat, utpote qui magno exercitu locis aequioribus, expeditos, in fuga sequeretur.

Sed Catilina, postquam videt montibus atque copiis hostium sese clausum, in urbe (esse) res advorsas, neque fugae neque praesidi ullam spem (esse), optimum (esse) factu ratus in tali re fortunam belli temptare, statuit cum Antonio quam primum conflare.

Itaque **contione advocata** huiusce modi orationem habuit:

"Compertum ego habeo, milites, **verba virtutem non addere**, neque ex ignavo strenuum neque fortem ex timido exercitum oratione imperatoris fieri.

Quanta cuiusque animo audacia natura aut moribus inest, tanta in bello patere solet.

Quem neque gloria neque pericula excitant, (eum) **nequiquam hortere**; **timor animi auribus officit.**

Sed ego vos, **quo pauca monerem**, **advocavi**, **simul uti causam mei consili aperirem.**

Scitis equidem, milites, **socordia atque ignavia Lentuli** quantam ipsi nobisque **cladem attulerit**, quoque modo, **dum ex urbe praesidia opperior**, in Galliam proficisci nequiverim.

Nunc vero **quo loco res nostrae sint**, **iuxta mecum omnes intellegitis.**

Exercitus hostium duo, **unus ab urbe**, **alter a Gallia obstant**; **diutius in his locis esse**, **si maxume animus ferat**, **frumenti atque aliarum rerum egestas prohibet**; **quocumque ire placet**, **ferro iter aperiundum est.**

Quapropter vos moneo, **uti forti atque parato animo sitis**, **et**, **cum proelium inibitis**, **memineritis vos divitias**, **decus**, **gloriam**, **praeterea libertatem atque patriam in dextris vestris portare.**

Si vincimus, **omnia nobis tuta erunt**, **commeatus abunde**, **municipia atque coloniae patebunt**: **sin metu cesserimus**, **eadem illa advorsa fient**; **neque locus neque amicus quisquam teget**, (eum) **quem arma non texerint.**

Praeterea, milites, non eadem nobis et illis necessitudo impendet: nos pro patria, pro libertate, pro vita certamus; illis supervacaneum est pro potentia paucorum pugnare.

Quo audacius aggrediamini, memores pristinae virtutis.

Licuit vobis cum summa turpitudine in exilio aetatem agere; potuistis nonnulli Romae, amissis bonis, alienas opes exspectare; quia illa foeda atque intoleranda viris videbantur, haec sequi decrevistis.

Si haec relinquere voltis, audacia opus est; nemo nisi victor pace bellum mutavit.

Nam in fuga salutem sperare, cum arma, quibus corpus tegitur, ab hostibus avorteris, ea vero dementia est.

Semper in proelio iis maxumum est periculum, qui maxume timent; audacia pro muro habetur.

Cum vos considero, milites, et cum facta vostra aestumo, magna me spes victoriae tenet.

Animus, aetas, virtus vostra me hortantur, praeterea necessitudo, quae etiam timidos fortis facit.

Nam multitudo hostium ne circumvenire queat, prohibent angustiae loci.

Quod si virtuti vestrae fortuna inviderit, cavete inulti animam amittatis, neu capti potius sicuti pecora trucidemini, quam virorum more pugnantes cruentam atque luctuosam victoriam hostibus relinquatis."

DE CONIURATIONE CATILINAE 61. SALLUSTIO. La disfatta di Catilina

Sed, confecto proelio, tum vero cerneres, quanta audacia quantaque animi vis fuisset in exercitu Catilinae.

Nam fere quem quisque vivos pugnando locum ceperat, eum, amissa anima, corpore tegebat.

Pauci autem, quos medios cohors praetoria disiecerat, paulo divorsius, sed omnes tamen advorsis vulneribus conciderant.

Catilina vero longe a suis inter hostium cadavera repertus est, paululum etiam spirans, ferociamque animi, quam habuerat vivos, in voltu retinens.

Postremo ex omni copia neque in proelio neque in fuga quisquam civis ingenuus captus est: ita cuncti suae hostiumque vitae iuxta pepercerant (*così tutti avevano risparmiato allo stesso modo la vita propria e dei nemici: antifrasi*).

Neque tamen exercitus populi Romani laetam aut incruentam victoriam adeptus erat; nam strenuissimus quisque aut occiderat in proelio, aut graviter vulneratus discesserat.

Multi autem, qui e castris visundi aut spoliandi gratia processerant, volventes hostilia cadavera, amicum alii, pars hospitem aut cognatum reperiebant;

fuere item, (ei) qui inimicos suos cognoscerent. Ita varie per omnem exercitum laetitia, maeror, luctus atque gaudia agitabantur.

ORATIO LEPIDI (78 a.C.) - HISTORIAE 1, 1-6. SALLUSTIO. Lepido richiama il Senato alla propria dignità.

1 Clementia et probitas vostra, Quirites, quibus per ceteras gentis maximi et clari estis, plurimum timoris mihi faciunt advorsum tyrannidem L. Sullae, ne, quae ipsi nefanda aestumatis, ea parum credundo de aliis circumveniamini, praesertim cum illi spes omnis in scelere

atque perfidia sit neque se aliter tutum putet, quam si peior atque intestabilior metu vostro fuerit, quo captis libertatis curam miseria eximat, aut, si provideritis, in tutandis periculis magis quam ulciscendo teneamini.

2 Satellites quidem eius, homines maximi nominis optimis maiorum exemplis, nequeo satis mirari, qui dominationis in vos servitium suum mercedem dant et utrumque per iniuriam malunt quam (malunt) optumo iure liberi agere, (est) praeclara Brutorum atque Aemiliorum et Lutatorum proles, geniti ad ea quae maiores virtute peperere subvortunda.

Nam quid a Pyrrho, Hannibale, Philipppoque et Antiocho defensum est aliud quam libertas et suae cuique sedes, neu cui nisi legibus pareremus?

Quae cuncta scaevos iste Romulus quasi ab externis rapta tenet, non tot exercituum clade neque consulum et aliorum principum, quos fortuna belli consumpserat, satiatus, sed tum crudelior, cum plerosque secundae res in miserationem ex ira vortunt.

Quin solus omnium post memoriam humani generis supplicia in post futuros composuit, quis prius iniuria quam vita certa esset, pravissimeque per sceleris immanitatem adhuc tutus fuit, dum vos metu gravioris serviti a repetunda libertate terimini.

BELLUM IUGURTHINUM, 102, SALLUSTIO. Mario invia legati a Boccho

Post ea loci consul haud dubie iam victor pervenit in oppidum Cirtam, quo initio profectus intenderat.

Eo post diem quintum, quam iterum barbari male pugnaverant, legati a Boccho veniunt, qui regis verbis ab Mario petivere, (ut) duos quam fidissimos ad eum mitteret; (dicebat) velle de suo et de populi Romani commodo cum iis disserere.

Ille statim L. Sullam et A. Manlium ire iubet; Qui (?) quamquam acciti ibant, tamen placuit verba apud regem facere, ut ingenium aut aversum flecterent aut cupidum pacis vehementius accenderent.

Itaque Sulla, cuius facundiae, non aetati a Manlio concessum (est), pauca verba huiusce modi locutus (est):

"Rex Bocche, magna laetitia nobis est, cum te talem virum di monuere, uti aliquando pacem quam bellum malles neu te optimum cum pessimo omnium Iugurtha miscendo commaculares, simul nobis demeres acerbam necessitudinem, pariter te errantem atque illum sceleratissimum persequi.

Ad hoc populo Romano iam a principio imperi melius visum (est) amicos quam servos quaerere, tutiusque rati volentibus quam coactis imperitare.

Tibi vero nulla opportunior nostra amicitia (est), primum quia procul absumus, in quo offensae minimum (est), gratia par (est) ac si prope adessemus, dein quia parentis abunde habemus, amicorum neque nobis neque cuiquam omnium satis fuit.

Atque hoc utinam a principio tibi placuisset: profecto ex populo Romano ad hoc tempus multo plura bona accepisses, quam mala perpessus esses.

Sed quoniam humanarum rerum fortuna pleraque regit, cui scilicet placuisse te et vim et gratiam nostram experiri, nunc, quando per illam licet, festina atque, uti coepisti, perge.

Multa atque opportuna habes, quo facilius errata officiis superes.

Postremo hoc in pectus tuum demitte, numquam populum Romanum beneficiis victum esse. Nam bello quid valeat, tute scis.

Ad ea Bocchus placide et benigne, simul pauca pro delicto suo verba facit: se non hostili animo, sed ob regnum tutandum arma cepisse; unam Numidiaem partem, unde vi Iugurtham expulerit, iure belli suam factam (esse); eam vastari a Mario pati nequivisse; praeterea missis antea Romanis legatis repulsum (esse) ab amicitia; ceterum vetera omittere ac tum, si per Marium liceret, legatos ad senatum missurum (esse).

Dein copia facta animus barbari ab amicis flexus (est), quos Iugurtha, cognita legatione Sullae et Manli metuens id, quod parabatur, donis corruperat.

STAZIO

Non Helicon gravi pulsat chelys enthea plectro,
nec lassata voco totiens mihi numina, Musas;
et te, Phoebe, choris et te dimittimus, Euhan;
tu quoque muta ferae, volucer Tegeaee, sonorae
terga premas: alios poscunt mea carmina coetus.

(sufficiet) **Naidas**, undarum dominas, regemque corusci
ignis adhuc fessum Sriculaque incude rubentem

elicuisse satis.

metonimia antonomasia

prosopopea onomatopea
tegeaticus ales >> Mercurio perifrasi

antonomasia e metonimia

perifrasi

Paulum arma nocentia, Thebae,
ponite: dilecto volo lascivire sodali.
iunge, puer, cyathos, sed ne numerare labora,
cunctantemque incende chelyn; discede Laborque
curaque, dum nitidis canimus gemmantia saxis
balnea dumque procax vittis hederisque, soluta
fronde verecunda, Clio mea ludit Etrusco.
ite, deae virides, liquidosque advertite vultus
et vitreum teneris crinem redimite corymbis,
veste nihil tectae, quales emergitis altis
fontibus et visu Satyros torquetis amantes.

ipallage prosopopea
anastrofe

non vos, quae culpa decus infamastis aquarum,
sollicitare iuvat; procul hinc et fonte doloso
Salmacis et viduae Cebrenidos arida luctu
flumina et Herculei praedatrix cedat alumni.

antonomasia perifrasi

Vos, mihi quae Latium septenaque culmina, Nymphae,
incolitis Thybrimque novis attollitis undis,
quas praeceps Anien atque exceptura natatus
virgo iuvat Marsasque nives et frigora ducens
Marcia, praecelsis quarum vaga molibus unda
crescit et innumero pendens transmittitur arcu;
vestrum opus adgredimur, vestra est, quam carmine molli
pando, domus.

anastrofe

metonimia

La testuggine ispirata non suona col grave plettro l'Elicona, né invoco le divinità tante volte stancate per me, le Muse; e lasciamo in pace te, o Apollo, ai cori, e te Evan; Anche tu, uccello di Tegea, volgi pure le spalle mute alla testuggine che risuona: i miei versi cercano altri numi. Sarà abbastanza sufficiente aver evocato le Ninfe, padrone delle acque, e il re del fuoco scintillante, affaticato ancora e rosseggiante per l'incutide sicula. Deponi, o Tebe, per un momento le armi colpevoli: voglio rallegrarmi con una compagnia spensierata. Porgi, o coppiere i calici ma non affaticarti a fare il conto e incalza la lira esitante; allontanati Fatica e preoccupazione mentre noi cantiamo questi bagni arricchiti di marmi bianchi, mentre la mia Clio (musa della storia) ardita mi diletta col canto etrusco, dopo aver liberato la chioma vereconda dai nastri e dalle edere. Venite. o dee verdeggianti, e volgete a noi i volti bagnati, ornate il capo cristallino di teneri corimbri, coperte per nulla da veste, quali emergete dalle profonde fonti e tormentate i satiretti amanti. Non è opportuno sollecitare voi che avete macchiato con la colpa la purezza delle acque; lontano da qui e Salmace dalla fonte colpevole

(Salmace era la ninfa di una fontana nella regione anatolica della Caria. Quando Ermafrodito giunse presso la fontana, Salmace se ne invaghì e lo abbracciò, chiedendo agli dei di poter restare eternamente con lui. Gli dei esaudirono la sua richiesta unendo Ermafrodito e Salmace in un unico corpo. Ermafrodito maledisse la fonte Salmace, chiedendo che chiunque si fosse bagnato nelle sue acque avrebbe dovuto condividere il suo destino)

e gli aridi fiumi per il lutto della vedova figlia di Cebrene

(Briseide >> figlia di Brise)

(Si tratta di Cebrene fiume della Frigia, la cui figlia Esperia (Sterope) fu amata da Esaco, figlio di Priamo e Arisbe, la prima moglie. Questa per fuggire a Esaco che la seguiva, morì per il morso di un serpente. Esaco e il padre di lei furono colti da un dolore così grande, che Esaco non riuscì a darsi pace e cercò più volte la morte, e si gettò in mare da un'erta rupe. Alla fine, mossi a compassione gli dei lo tramutarono in uno smergo, anitra acquatica; Cebrene si disseccò e si trasformò in una palude da cui erano emesse esalazioni pestilenziali >> Strabone, Apollodoro)

e la predatrice dell'alunno di Ercole (Hila) si allontani

Si tratta delle acque del fiume Ascanio della Misia nel quale cadde Hilar (che qui il poeta chiama "alunno di Ercole") mentre attingeva dell'acqua; volendo infatti recuperare la brocca sfuggita dalla mano, fu trascinato sotto dal peso di quella. I poeti vollero credere che Hilar fosse stato rapito dalle Ninfe per la sua bellezza)

Voi, o Ninfe, che abitate il Lazio e i sette colli e che accrescete il Tevere con nuove acque, a cui il rapido Aniene e la fanciulla destinata ad accogliere i naviganti è di giovamento, portando le nevi della Marsica e i freddi Apuani (Marcio=passo delle Alpi Apuane), delle quali la vaga onda accresce con costruzioni illustri e scendendo conduce con archi sublimi, celebriamo la vostra opera, è la vostra casa che con dolce canto spiego.

à

SVETONIO

DE VITA CAESARUM, III, 10, SVETONIO. Tiberio parte per Rodi.

Tot prosperis confluentibus integra aetate ac valitudine statuit repente **secedere seque e medio quam longissime amovere:**

dubium (fuit) uxorisne taedio (esset), quam neque criminari aut dimittere auderet neque ultra perferre posset, an (esset) **ut vitato assiduitatis fastidio** auctoritatem absentia tueretur atque etiam augeret, **si quando indignisset sui res publica.**

Quidam existimant, adultis iam Augusti liberis, loco et quasi possessione usurpati a se diu secundi gradus sponte cessisse (iis) exemplo M. Agrippae, qui M. Marcello ad munera publica admoto Mytilenas abierit, ne aut obstare aut obtrectare praesens videretur.

Quam causam et ipse, sed postea, reddidit.

Tunc autem honorum satietatem ac requiem laborum praetendens commeatum petit; neque aut matri suppliciter precanti aut vitrico deseri se etiam in senatu conquerenti veniam dedit.

Quin et pertinacius retinentibus, cibo per quadriduum abstinuit.

Facta tandem abeundi potestate, relictis Romae uxore et filio, confestim Ostiam descendit, ne verbo quidem cuiquam prosequentium reddito paucosque admodum in digressu exosculatus.

DE VITA CAESARUM, IIL, 12-13, SVETONIO. Ritorno di Tiberio da Rodi

Remansit igitur Rhodi contra voluntatem, vix per matrem consecutus, ut ad velandam ignominiam quasi legatus Augusto abesset.

Enimvero tunc non privatum modo, sed etiam obnoxium et trepidum egit mediterraneis agris abditus vitansque praeternavigantium officia, quibus frequentabatur assidue, nemine cum imperio aut magistratu tendente quoquam quin deverteret Rhodum.

Et accesserunt maioris sollicitudinis causae. Namque privignum Gaium Orienti praepositum, cum visendi gratia traiecisset Samum, alieniorem sibi sensit ex criminationibus M. Lolli comitis et rectoris eius.

Venit etiam in suspicionem per quosdam beneficii sui centuriones a commeatu castra repetentis mandata ad complures dedisse ambigua et quae temptare singulorum animos ad novas res viderentur.

De qua suspicione certior ab Augusto factus non cessavit efflagitare aliquem cuiuslibet ordinis custodem factis atque dictis suis.

Equi quoque et armorum solitas exercitationes omisit redegitque se deposito patrio habitu ad pallium et crepidas atque in tali statu biennio fere permansit, contemptior in dies et inuisior, adeo ut imagines eius et statuas Nemausenses subverterint ac familiari quondam convivio mentione eius orta extiterit qui Gaio polliceretur, confestim se, si iuberet, Rhodum navigaturum (esse) caputque exulis – sic enim appellabatur – relaturum (esse).

Quo praecipue non iam metu sed discrimine coactus est, tam suis quam matris inpensissimis precibus reditum expostulare, impetravitque adiutus aliquantum etiam casu.

Destinatum Augusto erat, nihil super ea re nisi ex voluntate maioris fili statuere; is forte tunc M. Lollio offensior, facilis exorabilisque in vitricum fuit.

Permittente ergo Gaio revocatus est, verum sub condicione ne quam partem curamve rei publicae attingeret.

DE VITA CAESARUM III, 11, SVETONIO. Umanità di Tiberio

Ab Ostia oram Campaniae legens, inbecillitate Augusti nuntiata, paulum substitit.

Sed, increbrescente rumore, quasi ad occasionem maioris spei commoraretur, tantum non adversis tempestatibus, Rhodum enavigavit, amoenitate et salubritate insulae iam inde captus cum ad eam ab Armenia rediens appulisset.

Hic modicis contentus aedibus nec multo laxiore suburbano genus vitae civile admodum instituit, sine lictore aut viatore gymnasio interdum obambulans mutuaque cum Graeculis officia usurpans prope ex aequo.

Forte quondam in disponendo die mane praedixerat quidquid aegrorum in civitate esset visitare se velle; id a proximis aliter exceptum (est) iussique sunt omnes aegri in publicam porticum deferri ac per valitudinum genera disponi.

Percussus ergo inopinata re diuque quid ageret incertus, tandem singulos circuit excusans factum etiam tenuissimo cuique et ignoto.

Unum hoc modo neque praeterea quicquam notatum est, in quo exeruisse ius tribuniciae potestatis visus sit: cum circa scholas et auditoria professorum assiduus esset, moto inter antisophistas graviore iurgio, non defuit (is) qui eum intervenientem et quasi studiosiorem partis alterius convicio incesset.

Sensim itaque regressus domum repente cum apparitoribus prodiit citatumque pro tribunali voce praeconis conviciatorem rapi iussit in carcerem.

Comperit deinde Iuliam uxorem ob libidines atque adulteria damnatam (esse) repudiumque ei suo nomine ex auctoritate Augusti remissum (esse); et quamquam (erat) laetus nuntio, tamen esse officii duxit, quantum in se esset, exorare filiae patrem frequentibus litteris et vel utcumque merita, quidquid umquam dono dedisset, (ei) concedere.

Transacto autem tribuniciae potestatis tempore, confessus (est) tandem, nihil aliud secessu devitasse se quam aemulationis cum C. Lucioque suspicionem; petit ut sibi securo iam ab hac parte, conroboratis his et secundum locum facile tutantibus, permitteretur revisere necessitudines, quarum desiderio teneretur.

Sed neque impetravit ultroque etiam admonitus est, dimitteret omnem curam suorum, quos tam cupide reliquisset.

DE VITA CAESARUM III, 14, SVETONIO. I presagi rivelano la sorte di Tiberio

Rediit octavo post secessum anno, magna nec incerta spe futurorum, quam et ostentis et praedictionibus ab initio aetatis conceperat.

Praegnans eo Livia cum an marem editura esset, variis captaret ominibus, ovum incubanti gallinae subductum nunc sua nunc ministrarum manu per vices usque fovit, quoad pullus insigniter cristatus exclusus est.

Ac de infante Scribonius mathematicus praeclara spondit, etiam regnatum (esse) quandoque (regnaturus esset), sed sine regio insigni, ignota scilicet tunc adhuc Caesarum potestate.

Et ingresso primam expeditionem ac per Macedoniam ducente exercitum in Syriam, accidit ut apud Philippos sacratae olim victricium legionum arae sponte subitis conlucere ignibus; et mox, cum Illyricum petens iuxta Patavium adisset Geryonis oraculum, sorte tracta, qua monebatur ut de consultationibus in Aponi fontem talos aureos iaceret, evenit ut summum numerum iacti ab eo ostenderent; hodieque sub aqua visuntur hi tali. Ante paucos vero quam revocaretur dies aquila, numquam antea Rhodi conspecta, in culmine domus eius assedit; et pridie quam de reditu certior fieret, vestimenta mutanti tunica ardere visa est.

Thrasyllum quoque mathematicum, quem ut sapientiae professorem contubernio admovent, tum maxime expertus est affirmantem, nave provisa, gaudium afferri, cum quidem illum durius et contra praedicta cadentibus rebus ut falsum et secretorum temere conscium, eo ipso momento, dum spatiatur una, praecipitare in mare destinasset.

DE VITA CAESARUM III, 21, SVETONIO. Ottaviano Augusto stimava Tiberio?

Ac non multo post, lege per consules lata, ut provincias cum Augusto communiter administraret simulque censum auget, condito lustrum, in Illyricum profectus est.

Et statim ex itinere revocatus iam quidem adfectum, sed tamen spirantem adhuc Augustum repperit fuitque una secreto per totum diem. Scio vulgo persuasum (esse) quasi egresso post secretum sermonem Tiberio vox Augusti per cubicularios excepta sit: "Miserum populum Romanum, qui sub tam lentis maxillis erit!"

Ne illud quidem ignoro aliquos tradidisse, Augustum palam nec dissimulanter morum eius diritatem adeo improbasse, ut nonnumquam remissiores hilarioresque sermones superveniente eo abrumperet; sed expugnatum precibus uxoris adoptionem non abnuisse, vel etiam ambitione tractum (esse), ut tali successore desiderabilior ipse quandoque fieret.

Adduci tamen nequeo quin existimem, circumspectissimum et prudentissimum principem in tanto praesertim negotio nihil temere fecisse, sed, vitiis Tiberi virtutibusque perpensis, potiores duxisse virtutes, praesertim cum et rei publicae causa adoptare se eum pro contione iuraverit et epistulis aliquot ut peritissimum rei militaris utque unicum populo Romano praesidium prosequatur.

Ex quibus in exemplum pauca hinc inde subieci.

"Vale, iucundissime Tiberi, et feliciter rem gere, ἔμοι καὶ ταῖς μούσαις στρατηγῶν.

Iucundissime et ita sim felix, vir fortissime et dux νομιμώτατε, vale!

Ordinem aestivorum tuorum!

Ego vero, mi Tiberi, et inter tot rerum difficultates καὶ τοσαύτην ἀποθυμίαν τῶν στρατευομένων non potuisse quemquam prudentius gerere se quam tu gesseris, existimo.

Hii quoque qui tecum fuerunt omnes confitentur, versum illum in te posse dici: unus homo nobis vigilando restituit rempublicam.

Sive quid incidit de quo sit cogitandum diligentius, sive quid stomachor, valde medius Fidius, Tiberium meum desidero succurritque versus ille Homericus:

Τούτου γ' ἔσπομένοιο καὶ ἐκ πυρὸς αἰθομένοιο

Ἄμφω νοστήσαιμεν, ἐπεὶ περίοιδε νοῆσαι.

Attenuatum te esse continuatione laborum cum audio et lego, di me perdant nisi cohorrescit corpus meum.

Teque oro ut parcas tibi, ne si te languere audierimus, et ego et mater tua expiremus et summa imperi sui populus Romanus periclitetur.

Nihil interest valeam ipse necne, si tu non valebis.

Deos obsecro, ut te nobis conservent et valere nunc et semper patiantur, si non populo Romano perosi sunt."

TACITO

Annales, I, 5. Tacito. Tiberio diventa Augusto

Haec atque talia agitantibus (facinoribus), gravescere valetudo Augusti, et quidam scelus uxoris suspectabant.

Quippe rumor incesserat, paucos ante menses Augustum, electis consciis et (electo) comite uno Fabio Maximo, Planasiam vectum (esse) ad visendum Agrippam; multas illic utrimque lacrimas (fuisse) et signa caritatis spemque ex eo fore ut iuvenis penatibus avi redderetur: quod Maximum uxori Marciae aperuisse, illam Liviae; gnarum id Caesari, neque multo post, extincto (Fabio) Maximo, - dubium (fuit) an (periisset) quaesita morte -, auditos (esse) in funere eius Marciae gemitus semet incusantis, quod causa exitii marito fuisset.

Ut cumque se ea res habuit, vix dum ingressus Illyricum Tiberius properis matris litteris accitur; neque satis conpertum est, spirantem adhuc Augustum apud urbem Nolam an exanimem repperit.

Acribus namque custodiis domum et vias saepserat Livia, laetique interdum nuntii vulgabantur, donec provisus (iis rebus) quae tempus monebat simul excessisse Augustum et rerum potiri Neronem fama eadem tulit.

Annales, I, 6. Tacito. Tiberio fa uccidere Agrippa Postumo

Primum facinus novi principatus fuit Postumi Agrippae caedes, quem ignarum inermumque quamvis firmatus animo (esset) centurio aegre confecit.

Nihil de ea re Tiberius apud senatum disseruit: (ea esse) patris iussa simulabat, quibus praescripsisset tribuno custodiae adposito, ne cunctaretur Agrippam morte adficere, quandoque ipse supremum diem explevisset.

Multa sine dubio saevaue Augustus de moribus adolescentis questus (ita), ut exilium eius senatus consulto sanciretur perfecerat: ceterum in nullius umquam suorum necem duravit, neque mortem nepoti pro securitate privigni inlatam (esse) credibile erat.

Propius vero (est) Tiberium ac Liviam, illum metu, hanc novercalibus odiis, suspecti et invisi iuvenis caedem festinavisse.

Nuntianti centurioni, ut mos militiae (est), factum esse (hoc) quod imperasset, neque imperasse sese et rationem facti reddendam (esse) apud senatum respondit.

Quod postquam Sallustius Crispus particeps secretorum (is ad tribunum miserat codicillos) comperit, metuens ne reus subderetur, iuxta periculoso ficta seu vera promeret, monuit Liviam ne arcana domus, ne consilia amicorum, ministeria militum vulgarentur, neve Tiberius vim principatus resolveret cuncta ad senatum vocando:

(Dicebat) eam condicionem esse imperandi, ut non aliter ratio constet quam si uni reddatur.

Annales, I, 7, Tacito. Tiberio diventa imperatore di fatto

At Romae ruere in servitium consules, patres, eques.

Quanto quis inlustrior, tanto magis falsi ac festinantes (erant), vultuque composito, ne laeti excessu principis neu tristiores primordio (viderentur), lacrimas (et) gaudium, questus (et) adulationem miscebant.

Sex. Pompeius et Sex. Appuleius consules primi in verba Tiberii Caesaris iuravere, apudque eos Seius Strabo et C. Turranius, ille praetoriarum cohortium praefectus, hic annonae; mox senatus milesque et populus.

Nam Tiberius cuncta per consules incipiebat, tamquam vetere re publica et ambiguus imperandi: ne edictum quidem, quo patres in curiam vocabat, nisi tribuniciae potestatis praescriptione posuit sub Augusto acceptae.

Verba edicti fuere pauca et sensu permodesto: de honoribus parentis consulturum (esse), neque abscedere a corpore, idque unum ex publicis muneribus usurpare.

Sed defuncto Augusto signum praetoriis cohortibus ut imperator dederat; excubiae, arma, cetera (erant) aulae; miles in forum, miles in curiam comitabatur. Litteras ad exercitus tamquam adepto principatu misit, nusquam (erat) cunctabundus nisi cum in senatu loqueretur.

Causa praecipua ex formidine (erat), ne Germanicus, in cuius manu tot legiones, immensa sociorum auxilia, mirus apud populum favor (erant), habere imperium quam exspectare mallet.

Dabat et famae, ut vocatus (esse) electusque potius a re publica videretur quam (vocatus esse) per uxorium ambitum et senili adoptione inrepsisse.

Postea cognitum est ad introspiciendas etiam procerum voluntates inductam (esse) dubitationem: nam verba (et) vultus in crimen detorquens recondebat.

Annales, I, 8, Tacito. Tiberio prepara i funerali di Augusto

Nihil primo senatus die agi passus (est) nisi de supremis Augusti, cuius testamentum inlatum per virgines Vestae Tiberium et Liviam heredes habuit. Livia in familiam Iuliam nomenque Augustum adsumebatur; in spem secundam nepotes pronepotesque, tertio gradu primores civitatis scripserat, plerosque invisos sibi, sed iactantia gloriaque ad posteror.

Legata non ultra civilem modum (fuerunt), nisi quod populo et plebi quadringentiens tricies quinquiens (centum milia numnum), praetoriarum cohortium militibus singula numnum milia, [urbanis quingenos], legionariis aut cohortibus civium Romanorum trecenos nummos viritim dedit.

Tum consultatum (est) de honoribus, ex quis (eos qui) maxime insignes visi (sunt), ut porta triumphali duceretur funus, Gallus Asinius, ut legum latarum tituli, victarum ab eo gentium vocabula anteferrentur, L. Arruntius censuere.

Addebat Messalla Valerius renovandum (esse) per annos sacramentum in nomen Tiberii.

Interrogatusque a Tiberio num se mandante eam sententiam prompsisset, sponte dixisse respondit, neque in iis quae ad rem publicam pertinerent consilio nisi suo usurum (esse), vel cum periculo offensionis: ea sola species adulandi supererat.

Conclamant patres corpus ad rogam umeris senatorum ferendum (esse).

Remisit Caesar adroganti moderatione, populumque edicto monuit ne, ut quondam nimiis studiis funus divi Iulii turbassent, ita Augustum in foro potius quam in campo Martis, sede destinata, cremari vellent.

Die funeris milites velut praesidio steter, multum inridentibus (iis) qui ipsi viderant quique a parentibus acceperant diem illum crudi adhuc servitii et libertatis inprospere repetitae, cum occisus dictator Caesar aliis pessimum, aliis pulcherrimum facinus (esse) videretur: (cogitabant enim) nunc senem principem, longa potentia, provisus etiam heredum in rem publicam opibus, auxilio scilicet militari tuendum (esse), ut sepultura eius quieta foret.

ANNALES, 1, 13, TACITO. Tiberio accetta infastidito le suppliche del Senato

Post quae L. **Arruntius** haud multum discrepans a Galli oratione perinde offendit, quamquam Tiberio nulla vetus in Arruntium ira (erat): sed divitem, promptum, artibus egregiis et pari fama publice, (eum) suspectabat.

Quippe Augustus supremis sermonibus cum tractaret quinam adipisci principem locum suffecturi abnuerent aut in pares vellent vel idem possent cuperentque, M'. **Lepidum** dixerat capacem sed aspernantem, **Gallum Asinium** avidum et minorem, L. **Arruntium** non indignum et si casus daretur ausurum.

De prioribus consentitur, pro **Arruntio** quidam **Cn. Pisonem** tradidere; omnesque praeter **Lepidum** variis mox criminibus struente Tiberio circumventi sunt.

Etiam Q. **Haterius** et **Mamercus Scaurus** suspicacem animum perstrinxere, **Haterius** cum dixisset 'quo usque patieris, Caesar, non adesse caput rei publicae?' **Scaurus** quia dixerat spem esse ex eo non inritas fore senatus preces quod relationi consulum iure tribuniciae potestatis non intercessisset.

In **Haterium** statim invectus est; **Scaurum**, cui inplacabilius irascebatur, silentio tramisit.

Fessusque clamore omnium, expostulatione singulorum flexit paulatim, non ut fateretur suscipi a se imperium, sed ut negare et rogari desineret.

Constat **Haterium**, cum deprecandi causa Palatium introisset ambulantisque Tiberii genua advolveretur, prope a militibus interfectum (esse) quia Tiberius casu an manibus eius inpeditus prociderat.

Neque tamen periculo talis viri mitigatus est, donec Haterius Augustam oraret eiusque curatissimis precibus protegeretur.

ANNALES, 1, 51, TACITO: VITTORIE DI GERMANICO IN GERMANIA

Caesar avidas legiones **quo latior populatio foret** quattuor in cuneos dispertit; quinquaginta milium spatium ferro flammisque pervastat.

Non sexus, non aetas miserationem attulit: profana simul et sacra et celeberrimum illis gentibus templum **quod Tanfanae vocabant** solo aequantur.

Sine vulnere (redibant) **militēs**, **qui semisomnos, inermos aut palantis ceciderant**.

Excivit ea caedes Bructeros, Tubantes, Usipetes, saltusque, **per quos exercitui** (erat) **regressus**, insedere.

Quod gnarum (fuit) duci incessitque itineri et proelio.

Pars equitum et auxiliariae cohortes ducebant, mox prima legio (erat), et, **mediis impedimentis**, sinistrum latus unetvicesimani, dextrum quintani clausere, vicesima legio terga firmavit, post ceteri sociorum (sequebantur).

Sed hostes, **donec agmen per saltus porrigeretur**, immoti (fuerunt), dein **latera et frontem modice adsultantes**, tota vi novissimos incurrere.

Turbabanturque densis Germanorum catervis leves cohortes, **cum Caesar advectus ad vicesimanos voce magna** (dixit) **hoc illud tempus obliterandae seditionis** (esse) : pergerent, properarent culpam in decus vertere.

(Milites) Exarsere animis unoque impetu perruptum hostem redigunt in aperta caeduntque: simul primi agminis copiae evasere silvas castraque communivere.

Quietum inde iter (fuit), **fidensque recentibus ac priorum oblitus** miles in hibernis locatur.

ANNALES, 1, 53. Le vendette di Tiberio

Eodem anno Iulia supremum diem obiit, ob impudicitiam olim a patre Augusto Pandateria insula, mox oppido Reginorum, **qui Siculum fretum accolunt**, clausa (est).

Fuerat in matrimonio Tiberii, **florētibus Gaio et Lucio Caesaribus**, spreveratque ut inparem; nec alia tam intima Tiberio causa (fuit) **cur Rhodum abscederet**.

Imperium adeptus extorrem, infamem et post interfectum Postumum Agrippam omnis spei egenam inopia ac tabe longa peremit, obscuram fore necem longinquitate exilii ratus.

Par causa saevitiae in Sempronium Gracchum (fuit), qui familia nobili, sollers ingenio et prave facundus, eandem Iuliam in matrimonio Marci Agrippae temeraverat.

Nec is libidini finis (fuit): traditam Tiberio pervicax adulter contumacia et odiis in maritum accendebat; litteraeque quas Iulia patri Augusto cum insectatione Tiberii scripsit a Graccho compositae (esse) credebantur.

Igitur amotus Cercinam, Africi maris insulam, quattuordecim annis exilium toleravit.

Tunc milites ad caedem missi invenere in prominenti litoris nihil laetum opperientem.

Quorum adventu breve tempus petivit ut suprema mandata uxori Alliariae per litteras daret, cervicemque percussoribus obtulit; constantia mortis haud indignus Sempronio nomine (fuit): vita degeneraverat.

Quidam non Roma eos milites, sed ab L. Asprenate pro consule Africae missos (esse) tradidere, auctore Tiberio, qui famam caedis posse in Asprenatem verti frustra speraverat.

ANNALES, 1, 58, TACITO. SEGESTE RIVENDICA LA SUA LEALTA' A ROMA

Verba eius in hunc modum fuere:

'non hic mihi primus erga populum Romanum fidei et constantiae dies (est).

Ex (eo die) quo a divo Augusto civitate donatus sum, amicos inimicosque ex vestris utilitatibus delegi, neque odio patriae (quippe proditores etiam iis quos anteponunt invisi sunt), verum quia Romanis Germanisque idem conducere et pacem (magis) quam bellum probabam.

Ergo raptorem filiae meae, violatorem foederis vestri, Arminium apud Varum, qui tum exercitui praesidebat, reum feci.

Dilatus segnitia ducis, quia parum praesidii in legibus erat, ut me et Arminium et conscios (eius) vinciret flagitavi: testis illa nox (sit), mihi utinam potius novissima (fuisset)!

(ea) quae secuta sunt defleri magis quam defendi possunt: ceterum et inieci catenas Arminio et a factione eius iniectas perpessus sum.

Atque ubi primum tui copia (est), vetera novis et quieti turbidis antehabeo, neque ob praemium, sed ut me perfidia exsolvam, simul genti Germanorum idoneus conciliator (ero), si paenitentiam quam perniciem maluerit.

Pro iuventa et errore filii veniam precor: **filiam necessitate huc adductam (esse) fateor.**

Tuum erit **consultare** **utrum praevaleat quod ex Arminio concepit an quod ex me genita est.'**

Caesar clementi responso liberis propinquisque eius incolumitatem, ipsi sedem vetere in provincia pollicetur.

Exercitum reduxit nomenque imperatoris, **auctore Tiberio**, accepit.

Arminii uxor virilis sexus stirpem edidit: educatus (est) Ravennae puer; **quo mox ludibrio conflictatus sit in tempore memorabo.**

ANNALES II,69-70, TACITO. FORTI ATTRITI TRA GERMANICO E PISONE

At Germanicus **Aegypto remeans cuncta quae apud legiones aut urbes iusserat abolita vel in contrarium versa (esse) cognoscit.**

Hinc graves in Pisonem contumeliae (fuerunt), nec minus acerba (erant ea) **quae ab illo in Caesarem intentabantur.**

Dein Piso **abire Syria** statuit.

Mox adversa Germanici valetudine detentus, ubi recreatum (esse) accepit votaue pro incolumitate solvebantur, admotas hostias, sacrificalem apparatus, festam Antiochensium plebem per lictores proturbat.

Tum Seleuciam degreditur, **opperiens aegritudinem, quae rursus Germanico acciderat.**

Saevam vim morbi augebat persuasio veneni a Pisone accepti; et reperiebantur solo ac parietibus erutae humanorum corporum reliquiae, carmina et devotiones et nomen Germanici plumbeis tabulis insculptum, semusti cineres ac tabo obliti aliaque malefica **quis creditur animas numinibus infernis sacrari.**

Simul missi a Pisone incusabantur **ut valetudinis adversa rimantes (essent).**

Ea Germanico haud minus ira quam per metum accepta (sunt): "Si limen (me) obsideretur, si effundendus (mihi) spiritus sub oculis inimicorum foret, quid deinde miserrimae coniugi, quid infantibus liberis eventurum(est)?

Lenta videri veneficia (Pisoni): festinare et urgere, ut provinciam, ut legiones solus habeat.

Sed (putat) non usque eo defectum (esse) Germanicum, neque praemia caedis apud interfectorem mansura (esse)".

Componit epistulas quis amicitiam ei renuntiabat: addunt plerique (illum) iussum (esse) provincia decedere.

Nec Piso moratus ultra navis solvit moderabaturque cursui quo propius regrederetur si mors Germanici Syriam aperuisset.

ANNALES II. 71-72, TACITO. MORTE DI GERMANICO

Caesar paulisper ad spem erectus, dein fesso corpore ubi finis aderat, adsistentis amicos in hunc modum adloquitur:

'si fato concederem, iustus mihi dolor etiam adversus deos esset, quod me parentibus liberis patriae intra iuventam praemature exitu raperent: nunc scelere Pisonis et Plancinae interceptus ultimas preces pectoribus vestris relinquo: referatis patri ac fratri, quibus acerbitatibus dilaceratus, quibus insidiis circumventus miserrimam vitam pessima morte finierim.

Si quos spes meae, si quos propinquus sanguis, etiam quos invidia erga (me) viventem movebat, (ei) inlacrimabunt (me) quondam florentem et tot bellorum superstitem muliebri fraude cecidisse. Erit vobis locus querendi apud senatum, invocandi leges.

Non hoc praecipuum amicorum munus est, prosequi defunctum ignavo questu, sed quae voluerit meminisse, quae mandaverit exequi.

Flebunt Germanicum etiam ignoti: (me) vindicabitis vos, si me potius quam fortunam meam fovebatis.

Ostendite populo Romano divi Augusti neptem eandemque coniugem meam, numerate sex liberos.

Misericordia cum accusantibus erit fingentibusque scelestam mandata aut non credent homines aut non ignoscent.'

Iuravere amici dextram morientis contingentes spiritum ante quam ultionem amissuros esse.

Tum ad uxorem versus per memoriam sui, per communis liberos oravit exueret ferociam, saevienti fortunae summitteret animum, ne regressa in urbem aemulatione potentiae validiores irritaret.

Haec palam et alia secreto (dixit) per quae ostendisse credebatur metum ex Tiberio.

Neque multo post extinguitur, ingenti luctu provinciae et circumiacentium populorum.

Indoluere exterae nationes regesque: tanta illi comitas (fuerat) in socios, mansuetudo in hostis; visuque et auditu iuxta venerabilis, cum magnitudinem et gravitatem summae fortunae retineret, invidiam et adrogantiam effugerat.

P. CORNELI TACITI ANNALIVM III.15. LA MORTE DI PISONE

Eadem Plancinae (erat) invidia, (sed erat) maior gratia; eoque ambiguum habebatur quantum Caesari in eam liceret.

Atque ipsa, donec (essent) mediae Pisoni spes, sociam se cuiuscumque (fore) fortunae et si ita (se) ferret comitem exitii promittebat:

ut secretis Augustae precibus veniam obtinuit, paulatim segregari a marito, dividere defensionem coepit.

Quod reus postquam sibi (rem esse) exitiabile intellegit, an adhuc experiretur dubitans, hortantibus filiis durat mentem senatumque rursum ingreditur;

redintegratamque accusationem, infensas patrum voces, adversa et saeva cuncta perpessus, nullo magis exterritus est quam quod Tiberium sine miseratione, sine ira, obstinatum clausumque vidit, ne quo adfectu perumperetur.

Relatus domum, tamquam defensionem in posterum meditaretur, pauca conscribit obsignatque et liberto tradit; tum solita curando corpori exequitur.

Dein multam post noctem, egressa cubiculo uxore, operiri foris iussit;

et coepta luce perfosso iugulo, iacente humi gladio, repertus est.

ANNALES VI, 8 TACITO. La difesa di Terenzio, amico di Seiano

Nam ea tempestate, qua Seiani amicitiam ceteri falso exuerant, ausus est eques Romanus M. Terentius, ob id reus, amplecti, ad hunc modum apud senatum ordiendo:

"Fortunae quidem meae fortasse minus expediat agnoscere crimen quam abnuere: sed utcumque casura res est, fatebor et fuisse me Seiano amicum et, ut essem, expetisse et, postquam adeptus eram, laetatum (esse).

(eum) Videram collegam patris regendis praetoriis cohortibus, mox urbis et militiae munia simul obeuntem.

Illius propinqui et adfines honoribus augebantur; ut quisque Seiano intimus, ita ad Caesaris amicitiam validus (erat): contra (ei) quibus infensus esset, metu ac sordibus conflictabantur.

Nec quemquam exemplo adsumo: cunctos (eos) qui novissimi consilii expertes fuimus meo unius discrimine defendam.

Non enim Seianum Vulsiniensem sed Claudiae et Iuliae domus partem, quas adfinitate occupaverat, tuum, Caesar, generum, tui consulatus socium, tua officia in re publica capessentem colebamus.

Non est nostrum aestimare, quem supra ceteros et quibus de causis extollas: tibi summum rerum iudicium di dedere, nobis obsequii gloria relicta est.

Spectamus porro, (ea) quae coram habentur, cui ex te opes, honores, quis plurima iuvandi nocendive potentia (fuerint); quae Seiano fuisse nemo negaverit.

Abditos principis sensus et, si quid occultius parat, exquirere inlicitum, anceps (est): nec ideo adsequare.

Ne, patres conscripti, ultimum Seiani diem sed sedecim annos cogitaveritis.

Etiam Satrium atque Pomponium venerabamur; libertis quoque ac ianitoribus eius notescere pro magnifico accipiebatur.

Quid ergo? indistincta haec defensio et promisca dabitur? Immo iustis terminis dividatur.

Insidiae in rem publicam, consilia caedis adversum imperatorem puniantur: de amicitia et officiis idem finis et te, Caesar, et nos absolverit."

ANNALES XIV, 55-56, TACITO. Nerone non permette a Seneca di congedarsi

Ad quae Nero sic ferme respondit:

"Quod meditatae orationi tuae statim occurram, id primum tui muneris habeo, qui me non tantum praevisa, sed subita expedire docuisti.

Abavus meus Augustus Agrippae et Maecenati usurpare otium post labores concessit, sed in ea ipse aetate (erat), cuius auctoritas tueretur quicquid illud et quaecumque tribuisset; ac tamen neutrum datis a se praemiis exuit: bello et periculis meruerant; in iis enim iuventa Augusti versata est.

Nec mihi tela et manus tuae defuissent in armis agenti; sed (hoc) quod praesens condicio poscebat, ratione consilio praeceptis pueritiam, dein iuventam meam fovisti.

Et tua quidem erga me munera, dum vita suppetet, aeterna erunt: quae a me habes, horti et faenus et villae, casibus obnoxia sunt.

Ac licet multa videantur, plerique haudquaquam artibus tuis pares plura tenuerunt.

Pudet referre libertinos, qui ditiores spectantur: unde etiam rubori mihi est, quod, praecipuus caritate, nondum omnes fortuna antecellis.

Verum et tibi valida aetas (est) rebusque et fructui rerum sufficiens, et nos prima imperii spatia ingredimur, nisi forte aut te Vitellio ter consuli aut me Claudio postponis, et quantum Volusio longa parsimonia quaesivit, tantum in te mea liberalitas explere non potest.

Quin, si qua in parte lubricum adulescentiae nostrae declinat, revocas ornatumque robur subsidio impensius regis?

Non tua moderatio si reddideris pecuniam, nec quies, si reliqueris principem, sed mea avaritia, meae crudelitatis metus in ore omnium versabitur.

Quod si maxime continentia tua laudetur, non tamen sapienti viro decorum fuerit, unde amico infamiam paret, inde gloriam sibi recipere."

His adicit complexum et oscula, factus natura et consuetudine exercitus velare odium fallacibus blanditiis.

Seneca (qui finis (est) omnium cum dominante sermonum!) grates agit; sed instituta prioris potentiae commutat, prohibet coetus salutantium, vitat comitantes, rarus per urbem, quasi valetudine infensa aut sapientiae studiis domi attineretur.

DIALOGUS DE ORATORIBUS I, 1, TACITO. Non chiamiamo più nessuno oratore

Saepe ex me requiris, Iuste Fabi, cur, cum priora saecula tot eminentium oratorum ingeniis gloriaque floruerint, nostra potissimum aetas deserta et laude eloquentiae orbata vix nomen ipsum oratoris retineat;

neque enim ita appellamus nisi antiquos, horum autem temporum disertis, causidici et advocati et patroni et quidvis potius quam oratores vocantur.

Cui percontationi tuae respondere et tam magnae quaestionis pondus excipere (ita) ut aut de ingeniis nostris male existimandum sit, si idem assequi non possumus, aut de iudiciis, si nolumus, vix hercle auderem, si mihi mea sententia proferenda ac non disertissimorum, ut nostris temporibus, hominum sermo repetendus esset, quos eandem hanc quaestionem pertractantes iuvenis admodum audiui.

Ita non ingenio, sed memoria et recordatione opus est, ut quae a praestantissimis viris et excogitata subtiliter et dicta graviter accepi, cum singuli diversas [vel easdem] sed probabiles causas afferrent, dum formam sui quisque et animi et ingenii redderent, iisdem nunc numeris iisdemque rationibus persequar (ea), servato ordine disputationis.

Neque enim defuit (is) qui diversam quoque partem susciporteret ac multum, vexata et irrita vetustate, nostrorum temporum eloquentiam antiquorum ingeniis anteferebat.

DIALOGUS DE ORATORIBUS. I. 2. TACITO. Nuovi esempi di oratori

Nam postero die quam Curiatius Maternus Catonem recitaverat, cum offendisse potentium animos diceretur, tamquam in eo tragoediae argumento sui oblitus tantum Catonem cogitasset, eaque de re per urbem frequens sermo haberetur, venerunt ad eum M. Aper et Iulius Secundus, celeberrima tum ingenia fori nostri, quos ego utrosque non modo in iudiciis studiose audiebam, sed domi quoque et in publico assectabar mira studiorum cupiditate et quodam ardore iuvenili, ut fabulas quoque eorum et disputationes et arcana semotae dictionis penitus exciperem, quamvis maligne plerique opinarentur nec Secundo promptum esse sermonem et Aprum ingenio potius et vi naturae quam institutione et litteris famam eloquentiae consecutum. Nam et Secundo purus et pressus et, in quantum satis erat, profluens sermo non defuit, et Aper omni eruditione imbutus contemnebat potius litteras quam nesciebat, tamquam maiorem industriae et laboris gloriam habiturus, si ingenium eius nullis alienarum artium adminiculis inniti videretur.

Nam postero die quam Curiatius Maternus Catonem recitaverat, cum offendisse potentium animos diceretur, tamquam in eo tragoediae argumento sui oblitus tantum Catonem cogitasset, eaque de re per urbem frequens sermo haberetur, venerunt ad eum M. Aper et Iulius Secundus, celeberrima tum ingenia fori nostri, quos ego utrosque non modo in iudiciis studiose audiebam, sed domi quoque et in publico

assectabar mira studiorum cupiditate et quodam ardore iuvenili, ut fabulas quoque eorum et disputationes et arcana semotae dictionis penitus exciperem, quamvis maligne plerique opinarentur nec Secundo promptum esse sermonem et Aprum ingenio potius et vi naturae quam institutione et litteris famam eloquentiae consecutum (esse).

Nam et Secundo purus et pressus et, in quantum satis erat, profluens sermo non defuit, et Aper omni eruditione imbutus contemnebat potius litteras quam nesciebat, tamquam maiorem industriae et laboris gloriam habiturus (esset), si ingenium eius nullis alienarum artium adminiculis inniti videretur.

DIALOGUS DE ORATORIBUS, I, 3, TACITO. La risposta di Curiazio Materno

Igitur ut intravimus cubiculum Materni, sedentem ipsum, quem pridie recitaverat librum inter manus habentem deprehendimus.

Tum Secundus inquit

"nihil ne te" inquit, "Materne, fabulae malignorum terrent, quo minus offensas Catonis tui ames?

An ideo librum istum apprehendisti, ut diligentius retractares, et sublatis (eis rebus) si qua pravae interpretationi materiam dederunt, emitteres Catonem non quidem meliorem, sed tamen securiorem?"

Tum ille

"leges tu, quid Maternus sibi debuerit, et agnosces quae audisti.

Quod si qua omisit Cato, sequenti recitatione Thyestes dicet;

hanc enim tragoediam disposui iam et intra me ipse formavi.

Atque ideo maturare libri huius editionem festino, ut dimissa priore cura novae cogitationi toto pectore incumbam."

"Adeo te tragoediae istae non satiant", inquit Aper, "quo minus omissis orationum et causarum studiis omne tempus modo circa Medeam, ecce nunc circa Thyestem consumas, cum te tot amicorum causae, tot coloniarum et municipiorum clientelae in forum vocent, quibus vix suffeceris,

etiam si non novum tibi ipse negotium importasses, <ut> Domitium et Catonem, id est nostras quoque historias et Romana nomina Graeculorum fabulis aggregares".

GERMANIA 11, TACITO: I Germani si riuniscono di notte

De minoribus rebus principes consultant; de maioribus omnes (consultant), ita tamen, ut ea quoque, quorum penes plebem arbitrium est, apud principes pertractentur.

Coeunt, nisi quid fortuitum et subitum incidit, certis diebus, cum aut incohatur luna aut impletur; nam agendis rebus hoc auspicatissimum initium (esse) credunt.

Nec dierum numerum, ut nos, sed noctium computant.

Sic constituunt, sic condicunt: nox ducere diem videtur.

Illud ex libertate vitium (est), quod non simul nec ut iussi conveniunt, sed et alter et tertius dies cunctatione coeuntium absumitur.

Ut turbae placuit, considunt armati.

Silentium per sacerdotes, quibus tum et coercendi ius est, imperatur.

Mox rex vel princeps, prout aetas cuique, prout nobilitas, prout decus bellorum, prout facundia est, audiuntur, auctoritate suadendi magis quam iubendi potestate.

Si displicuit sententia, fremitu aspernantur; sin placuit, frameas concutiunt.

Honoratissimum adsensus genus est armis laudare.

GERMANIA, XXVIII, TACITO. Condizioni di alcuni popoli Germanici

Haec in commune de omnium Germanorum origine ac moribus accepimus: nunc singularum gentium instituta ritusque, quatenus differant, quae nationes e Germania in Gallias commigraverint, expediam.

Validiores olim Gallorum res fuisse summus auctorum divus Iulius tradit, eoque credibile est etiam Gallos in Germaniam transgressos (esse): quantulum enim amnis obstabat quo minus, ut quaeque gens evaluerat, occuparet permutaretque sedes promiscuas adhuc et nulla regnorum potentia divisas?

Igitur inter Hercyniam silvam Rhenumque et Moenum amnes Helvetii, ulteriora Boii, Gallica utraque gens, tenuere.

Manet adhuc Boihaemi nomen significatque loci veterem memoriam quamvis mutatis cultoribus.

Sed utrum Aravisci in Pannoniam ab Osis, Germanorum natione, an Osi ab Araviscis in Germaniam commigraverint, cum eodem adhuc sermone institutis moribus utantur, incertum est, quia pari olim inopia ac libertate eadem utriusque ripae bona malaque (eis) erant.

Treveri et Nervii circa adfectionem Germanicae originis ultro ambitiosi sunt, tamquam per hanc gloriam sanguinis a similitudine et inertia Gallorum separentur.

Ipsam Rheni ripam haud dubie Germanorum populi colunt, Vangiones, Triboci, Nemetes.

Ne Ubii quidem, quamquam Romana colonia esse meruerint ac libentius Agrippinenses conditoris sui nomine vocentur, origine erubescunt, transgressi olim et experimento fidei super ipsam Rheni ripam conlocati, ut arcerent, non ut custodirentur.

GERMANIA XLV, TACITO. Notizie sui Suioni e sulla raccolta dell'ambra

Trans Suionas aliud mare, pigrum ac prope inmotum (est), quo cingi cludique terrarum orbem (creditur), hinc (est) fides, quod extremus cadentis iam solis fulgor in ortus edurat adeo clarus, ut sidera hebetet; sonum insuper emergentis audiri formasque equorum et radios capitis adspici persuasio adicit.

Illuc usque et fama vera (est) tantum (est) natura.

Ergo iam dextro Suebici maris litore Aestiorum (popolazioni baltiche) gentes adluuntur, quibus ritus habitusque Sueborum (sunt), lingua Britannicae propior (est).

Matrem deum venerantur.

Insigne superstitionis formas aprorum gestant: id pro armis omniumque tutela securum deae cultorem etiam inter hostis praestat.

Rarus ferri, frequens fustium usus (est).

Frumenta ceterosque fructus patientius quam pro solita Germanorum inertia laborant.

Sed et mare scrutantur, ac soli omnium sucinum, quod ipsi glesum vocant, inter vada atque in ipso litore legunt.

Nec quae (sit) natura, quaeve ratio gignat, ut (est) barbaris, quaesitum compertumve (est); diu quin etiam inter cetera eiectamenta maris iacebat, donec luxuria nostra dedit nomen.

Ipsis in nullo usu (est); rude (sucinum) legitur, informe profertur, pretiumque mirantes accipiunt.

Sucum tamen arborum esse intellegas, quia terrena quaedam atque etiam volucris animalia plerumque interlucent, quae implicata umore mox durescente materia cluduntur.

Fecundiora igitur nemora lucosque sicut Orientis (inesse) secretis, ubi tura balsamaque sudantur, ita Occidentis insulis terrisque inesse (ea) crediderim, quae vicini solis radiis expressa atque liquentia in proximum mare labuntur ac vi tempestatum in adversa litora exundant.

Si naturam sucini admoto igni temptes, in modum taedae accenditur alitque flammam pinguem et olentem; mox ut in picem resinamve lentescit.

Suionibus Sitonum gentes continuantur. Cetera (=quanto al resto >> avv) similes uno differunt, quod femina dominatur; in tantum non modo a libertate sed etiam a servitute degenerant.

HISTORIAE. 1. 13. TACITO. S'intravvede la successione di Othone a Galba

Potentia principatus divisa (est) in Titum Vinium consulem, Cornelium Laconem praetorii praefectum; nec minor gratia Icelo Galbae liberto (erat), quem anulis donatum equestri nomine Marcianum vocitabant.

Hi, discordes et rebus minoribus, sibi quisque tendentes, circa consilium eligendi successoris in duas factiones scindebantur.

Vinius pro M. Othone (erat), Laco atque Icelus consensu non tam unum aliquem fovebant quam alium.

Neque erat Galbae ignota Othonis ac Titi Vinii amicitia; et rumoribus nihil silentio transmittentium, quia Vinio vidua filia (erat), caelebs Otho (erat), gener ac socer destinabantur.

Credo et rei publicae curam (in Galbam) subisse, frustra a Nerone translatae si apud Othonem relinqueretur.

Namque Otho pueritiam incuriose, adulescentiam petulanter egerat, gratus Neroni aemulatione luxus.

Eoque (Nero) Poppaeam Sabinam, principale scortum, ut apud conscium libidinum deposuerat, donec Octaviam uxorem amoliretur.

Mox (eum) suspectum in eadem Poppaea in provinciam Lusitaniam specie legationis seposuit.

Otho comiter administrata provincia primus in (Galbae) partis transgressus nec segnis et, donec bellum fuit, inter praesentis splendidissimus, spem adoptionis statim conceptam acrius in dies rapiebat, faventibus plerisque militum, prona in eum aula Neronis ut similem.

HISTORIAE, I, 22, TACITO. Othone si ribella a Galba

Non erat Othonis mollis et corpori similis animus.

Et intimi libertorum servorumque, corruptius quam in privata domo habiti, aulam Neronis et luxus, adulteria, matrimonia ceterasque regnorum libidines avido talium, si auderet, ut sua ostentantes, quiescenti ut aliena exprobrabant, urgentibus etiam mathematicis, dum novos motus et clarum Othoni annum observatione siderum adfirmant: genus hominum potentibus infidum, sperantibus fallax, quod in civitate nostra et vetabitur semper et retinebitur.

Multos secreta Poppaeae mathematicos pessimum principalis matrimonii instrumentum, habuerant, e quibus Ptolemaeus Othoni in Hispania comes, cum superfuturum eum Neroni promississet, postquam (accesserat) ex eventu fides, coniectura iam et rumore senium Galbae et iuventam Othonis computantium persuaserat fore ut in imperium adscisceretur.

Sed Otho tamquam peritia et monitu fatorum praedicta (ea) accipiebat, cupidine ingenii humani libentius obscura credendi.

Nec deerat Ptolemaeus, iam et sceleris instinator, ad quod facillime ab eius modi voto transitur.

HISTORIAE IIL, 13, TACITO

Id Basso, id Caecinae visum (est), postquam domos hortos opes principi abstulerint, etiam militem auferre [inf storico] licet integros incruentosque, Flavianis quoque partibus vilis (viles), quid [diceretur > cong dubitativo sottointeso] dicturos reposcentibus [regge il doppio accusativo] aut prospera aut adversa?

Questo parve (bene) a Basso, questo a Cecina: **dopo aver portato via al principe case giardini, ricchezze** , sottraevano anche la soldataglia sia pure gagliarda, illesa, vile anche allo stesso partito dei Flaviani: **che cosa si sarebbe potuto dire a coloro che avrebbero chiesto delle vittorie e delle sconfitte a chi lo riferiva**

AGRICOLA, 5, TACITO. IL GIOVANE AGRICOLA

Prima castrorum rudimenta in Britannia **Svetonio Paulino, diligenti ac moderato duci, approbavit, electus quem contubernio aestimaret.**

Nec Agricola licenter (vixit), more iuvenum, qui militiam in lasciviam vertunt, neque segniter ad voluptates et commeatus titulum tribunatus et inscitiam rettulit: sed noscere provinciam, nosci exercitui, discere a peritis, sequi optimos, nihil appetere in iactationem, nihil ob formidinem recusare, simulque et anxius et intentus agere.

Non sane alias exercitior magisque in ambiguo Britannia fuit: trucidati veterani, incensae coloniae, intercepti exercitus; tum de salute, mox de victoria certavere.

Quae cuncta etsi consiliis ductuque alterius agebantur, ac summa rerum et recuperatae provinciae gloria in ducem cessit, **artem et usum et stimulos addidere iuveni, intravitque animum militaris gloriae cupido, ingrata temporibus** quibus sinistra erga eminentes interpretatio nec minus periculum ex magna fama quam ex mala (erat).

AGRICOLA, 6, TACITO. ONESTA' DI AGRICOLA

Hinc ad capessendos magistratus in urbem degressus Domitiam Decidianam, splendidis natalibus ortam, sibi iunxit; idque matrimonium ad maiora nitenti decus ac robur fuit, vixeruntque mira concordia, per mutuam caritatem et in vicem se anteponendo, nisi quod in bona uxore tanto maior laus (est), quanto in mala plus culpae est.

Sors quaesturae provinciam Asiam, proconsulem Salvium Titianum dedit, quorum neutro corruptus est, quamquam et provincia dives ac parata peccantibus (erat), et proconsul in omnem aviditatem pronus quantalibet facilitate redempturus esset mutuam dissimulationem mali.

Auctus est ibi filia, in subsidium simul ac solacium; nam filium ante sublatum brevi amisit.

Mox inter quaesturam ac tribunatum plebis atque ipsum etiam tribunatus annum quiete et otio transiit, gnarus sub Nerone temporum, quibus inertia pro sapientia fuit.

Idem praeturae tenor et silentium (fuit); nec enim iurisdictio obvenerat.

Ludos et inania honoris medio rationis atque abundantiae duxit; uti longe a luxuria (erat), ita famae propior (erat).

Tum electus a Galba ad dona templorum recognoscenda diligentissima conquisitione effecit, ne cuius alterius sacrilegium res publica (sentiret) quam Neronis sensisset.

AGRICOLA, 7, TACITO. AGRICOLA DALLA PARTE DI VESPASIANO

Sequens annus gravi vulnere animum domumque eius afflixit.

Nam classis Othoniana licenter vaga dum Intimilium (Liguriae pars est) hostiliter populatur, matrem Agricolae in praediis suis interfecit praediaque ipsa et magnam patrimonii partem diripuit, quae causa caedis fuerat.

Igitur ad sollemnia pietatis profectus Agricola nuntio affectati a Vespasiano imperii deprehensus (est) ac statim in partes transgressus est.

Initia principatus ac statum urbis Mucianus regebat, iuvene admodum Domitiano et ex paterna fortuna tantum licentiam usurpante.

Is, missum ad dilectus agendos, Agricolam integreque ac strenue versatum vicesimae legioni tarde ad sacramentum transgressae praeposuit, ubi decessor seditiose agere narrabatur: quippe legatis quoque consularibus nimia ac formidolosa erat, nec legatus praetorius ad cohibendum potens (erat), incertum (erat) suo an militum ingenio (esset).

Ita successor simul et ultor electus rarissima moderatione maluit videri invenisse bonos quam fecisse.

AGRICOLA, 8, TACITO. AGRICOLA IN BRITANNIA

Praeerat tunc Britanniae Vettius Bolanus placidius quam feroci provincia dignum est.

Temperavit Agricola vim suam ardoremque compescuit, ne incresceret, peritus obsequi eruditusque utilia honestis miscere.

Brevi deinde Britannia consularem Petilium Cerialem accepit.

Habuerunt virtutes spatium exemplorum, sed primo Cerialis labores modo et discrimina, mox et gloriam communicabat: saepe parti exercitus in experimentum (praefecit), aliquando maioribus copiis ex eventu praefecit.

Nec Agricola umquam in suam famam (rebus) gestis exsultavit: ad auctorem ac ducem ut minister fortunam referebat.

Ita virtute in obsequendo, verecundia in praedicando extra invidiam nec extra gloriam erat.

AGRICOLA, 9, TACITO. AGRICOLA RITORNA A ROMA

(eum)Revertentem ab legatione legionis divus Vespasianus inter patricos adscivit; ac deinde provinciae Aquitaniae praeposuit, splendidae inprimis dignitatis administratione ac spe consulatus, cui destinarat.

Credunt plerique militaribus ingeniis subtilitatem deesse, quia castrensis iurisdictio, segura et obtusior ac plura manu agens, calliditatem fori non exerceat: Agricola naturali prudentia, quamvis inter togatos (esset), facile iusteque agebat.

Iam vero tempora curarum remissionumque divisa (sunt): ubi conventus ac iudicia poscerent, gravis, intentus, severus et saepius misericors (erat); ubi officio satis factum (esset), nulla ultra potestatis persona (erat ei); tristitiam et arrogantiam et avaritiam exuerat.

Nec illi, quod est rarissimum, aut facilitas auctoritatem aut severitas amorem deminuit.

Integritatem atque abstinentiam in tanto viro referre iniuria virtutum fuerit.

Ne famam quidem, cui saepe etiam boni indulgent, ostentanda virtute aut per artem quaesivit: procul (fuit) ab aemulatione adversus collegas, procul (fuit) a contentione adversus procuratores, et vincere (esse) inglorium et atteri sordidum arbitrabatur.

Minus triennium in ea legatione detentus (est) ac statim ad spem consulatus revocatus est, comitante opinione Britanniam et provinciam dari, nullis in hoc ipsius sermonibus, sed quia par videbatur.

Haud semper errat fama; aliquando et eligit.

Consul egregiae tum spei filiam iuveni mihi despondit ac post consulatum collocavit, et statim Britanniae praepositus est, adiecto pontificatus sacerdotio.

TITO LIVIO

AB URBE CONDITA I, 1, TITO LIVIO. I Troiani si alleano con il re Latino

Iam primum omnium satis constat, Troia capta, in ceteros saevitum esse Troianos, duobus, Aeneae Antenorque, et vetusti iure hospitii et quia pacis reddendaeque Helenae semper auctores fuerant, omne ius belli Achivos abstinuisse; casibus deinde variis Antenorem cum multitudine Enetum, qui seditione ex Paphlagonia pulsi et sedes et ducem rege Pylaemene ad Troiam amisso quaerebant, venisse in intimum maris Hadriatici sinum, Euganeisque qui inter mare Alpesque incolebant pulsus Enetos Troianosque eas tenuisse terras.

Et in quem primo egressi sunt locum Troia vocatur pagoque inde Troiano nomen est: gens universa Veneti appellati (sunt).

(Iam primum omnium satis constat) Aeneam ab simili clade domo profugum sed ad maiora rerum initia ducentibus fatis, primo in Macedoniam venisse, inde in Siciliam quaerentem sedes delatum (esse), ab Sicilia classe ad Laurentem agrum tenuisse.

Troia et huic loco nomen est.

Ibi egressi (sunt) Troiani ; ut quibus ab immenso prope errore nihil praeter arma et naves superesset, cum praedam ex agris agerent, Latinus rex Aboriginesque qui tum ea tenebant loca ad arcendam vim advenarum armati ex urbe atque agris concurrunt.

Duplex inde fama est.

Alii proelio victum Latinum pacem cum Aenea, deinde adfinitatem iunxisse tradunt ;

alii (tradunt), cum instructae acies constitissent, priusquam signa canerent processisse Latinum inter primores ducemque advenarum evocasse ad conloquium; percontatum (esse) deinde qui mortales essent, unde aut quo casu profecti (essent) domo quidve quaerentes in agrum Laurentinum exissent, postquam audierit multitudinem Troianos esse, ducem Aeneam filium Anchisae et Veneris, cremata patria domo profugos, sedem condendaeque urbi locum quaerere, et nobilitatem admiratum (esse) gentis virique et animum vel bello vel paci paratum, dextra data fidem futurae amicitiae sanxisse; inde foedus ictum (esse) inter duces, inter exercitus salutationem factam (esse); Aeneam apud Latinum fuisse in hospitio; ibi Latinum apud penates deos domesticum publico adiunxisse foedus filia Aeneae in matrimonium data.

Ea res utique Troianis spem adfirmat tandem stabili certaue sede **finiendi erroris.**

Oppidum condunt; Aeneas ab nomine uxoris Lavinium appellat. Brevi stirpis quoque virilis ex novo matrimonio fuit, cui **Ascanium** parentes dixere nomen.

AB URBE CONDITA I, 26, TITO LIVIO. Orazio uccide la sorella

Priusquam inde digrederentur, **roganti Mettio** ex foedere icto quid imperaret, imperat Tullus uti iuventutem in armis habeat: **usurum (esse) se** eorum opera si bellum cum Veientibus foret.

Ita exercitus inde domos abducti (sunt).

Princeps Horatius ibat, **trigemina spolia prae se gerens** ; cui soror virgo, **quae desponsa uni ex Curiatiis fuerat**, obvia ante portam Capenam fuit, **cognitoque super umeros fratris paludamento sponsi** **quod ipsa confecerat**, solvit crines et flebiliter nomine sponsum mortuum appellat.

Movet feroci iuveni animum comploratio sororis in victoria sua tantoque gaudio publico.

Stricto itaque gladio **simul verbis increpans** transfigit puellam.

"Abi hinc cum immaturo amore ad sponsum," inquit, "**oblita fratrum mortuorum vivique, oblita patriae.**

Sic eat **quaecumque Romana lugebit hostem.**"

Atrox visum (est) id facinus patribus plebique, sed recens meritum facto obstabat.

Tamen raptus (est) in ius ad regem.

Rex **ne ipse tam tristis ingratiue ad volgus iudicii ac secundum iudicium supplicii auctor esset**, **concilio populi advocato** "**Duumviro**" inquit, "**qui** **Horatio perduellionem iudicent**, secundum legem facio."

Lex horrendi carminis erat:

"**Duumviri perduellionem iudicent;**

si a duumviris provocarit, provocatione certato;

si vincent, caput obnubito;

infelici arbori reste suspendito;

verberato vel intra pomerium vel extra pomerium."

Hac lege duumviri creati (sunt), qui se absolvere non rebantur ea lege ne innoxium quidem posse. Cum condemnassent, tum alter ex iis "Publi Horati, tibi perduellionem iudico" inquit. "I, lictor, colliga manus." Accesserat lictor iniciebatque laqueum.

Tum Horatius auctore Tullo, clemente legis interprete, "Provoco" inquit.

Itaque provocatione certatum ad populum est.

Moti homines sunt in eo iudicio maxime P. Horatio patre proclamante se filiam iure caesam (esse) iudicare; ni ita esset, patrio iure in filium animadversurum fuisse.

Orabat deinde ne se quem paulo ante cum egregia stirpe conspexissent orbem liberis facerent.

Inter haec senex iuvenem amplexus, spolia Curiatorum fixa eo loco qui nunc Pila Horatia appellatur ostentans, "Huncine" aiebat, "quem modo decoratum ovantemque victoria incedentem vidistis, Quirites, eum sub furca vinctum inter verbera et cruciatus videre potestis? quod vix Albanorum oculi tam deforme spectaculum (esset) ferre possent.

I, lictor, colliga manus, quae paulo ante armatae imperium populo Romano pepererunt.

I, caput obnube liberatoris urbis huius; arbore infelici suspende; verbera vel intra pomerium, modo inter illa pila et spolia hostium, vel extra pomerium, modo inter sepulcra Curiatorum;

quo enim ducere hunc iuvenem potestis ubi non sua decora eum a tanta foeditate supplicii vindicent?"

Non tulit populus nec patris lacrimas nec ipsius parem in omni periculo animum, absolveruntque admiratione magis virtutis quam iure causae.

Itaque ut caedes manifesta aliquo tamen piaculo lueretur, imperatum (est) patri ut filium expiaret pecunia publica.

Is quibusdam piacularibus sacrificiis factis quae deinde genti Horatiae tradita sunt, transmisso per viam tigillo, capite adoperto velut sub iugum misit iuvenem.

Id hodie quoque publice semper reffectum manet: sororium tigillum vocant.

Horatiae sepulcrum, quo loco corruerat icta, constructum est saxo quadrato.

AB URBE CONDITA, I, 56. TITO LIVIO. BRUTO LO "STOLTO"

Intentus perficiendo templo, fabris undique ex Etruria accitis, non pecunia solum ad id publica est usus sed operis etiam ex plebe.

Qui cum haud parvus (esset) et ipse militiae adderetur labor, minus tamen plebs gravabatur se templa deum exaedificare manibus suis quam postquam et ad alia, ut specie minora, sic laboris aliquanto maioris traducebantur opera (ad) foros in circo faciendos (et ad) cloacamque maximam, receptaculum omnium purgamentorum urbis, sub terra agendam; quibus duobus operibus vix nova haec magnificentia quicquam adaequare potuit.

His laboribus exercita plebe, quia et urbi multitudinem, ubi usus non esset, oneri rebatur esse et colonis mittendis occupari latius imperii fines volebat, Signiam Circeiosque colonos misit, praesidia urbi futura terra marique.

Haec agenti portentum terribile visum (est): anguis ex columna lignea elapsus cum terrorem fugamque in regia fecisset, ipsius regis non tam subito pavore perculit pectus quam anxiiis implevit curis.

Itaque cum ad publica prodigia Etrusci tantum vates adhiberentur, hoc velut domestico exterritus visu Delphos ad maxime inclitum in terris oraculum mittere statuit.

Neque responsa sortium ulli alii committere ausus, duos filios per ignotas ea tempestate terras, ignotiora maria in Graeciam misit.

Titus et Arruns profecti (sunt); comes iis additus (est) L. Iunius Brutus, Tarquinia, sorore regis, natus, iuvenis longe alius ingenii quam cuius simulationem induerat.

Is cum primores civitatis, in quibus fratrem suum, ab avunculo interfectum (esse) audisset, neque in animo suo quicquam regi timendum neque in fortuna concupiscendum relinquere statuit contemptuque tutus esse ubi in iure parum praesidii esset.

Ergo ex industria factus ad imitationem stultitiae, cum se suaque praedae esse regi sineret, Bruti quoque haud abnuit cognomen ut sub eius obtentu cognominis liberator ille populi Romani animus latens opperiretur tempora sua.

Is tum ab Tarquiniis ductus Delphos, ludibrium verius quam comes, aureum baculum inclusum corneo cavato ad id baculo tulisse donum Apollini dicitur, per ambages effigiem ingenii sui.

Quo postquam ventum est, perfectis patris mandatis cupido incessit animos iuvenum sciscitandi ad quem eorum regnum Romanum esset venturum.

Ex infimo specu vocem redditam (esse) ferunt: imperium summum Romae habebit (is) qui vestrum primus, o iuvenes, osculum matri tulerit.

Tarquinius ut Sextus, qui Romae relictus fuerat, ignarus responsi expersque imperii esset, rem summa ope taceri iubent; ipsi inter se uter prior, cum Romam redisset, matri osculum daret, sorti permittunt.

Brutus alio ratus spectare Pythicam vocem, velut si prolapsus cecidisset, terram osculo contigit, scilicet quod ea communis mater omnium mortalium esset.

Reditum (est) inde Romam, ubi adversus Rutulos bellum summa vi parabatur.

Indigna Servii Tulli regis memorata (est) caedes et invecta corpori patris nefando vehiculo filia, invocatique (sunt) ultores parentum di.

His atrocioribusque, credo, aliis, quae praesens rerum indignitas haudquaquam relatu scriptoribus facilia subicit, memoratis, incensam multitudinem perpulit ut imperium regi abrogaret exsulesque esse iuberet L. Tarquinius cum coniuge ac liberis.

Ipse (Brutus) iunioribus qui ultro nomina dabant lectis armisque, ad concitandum inde adversus regem exercitum Ardeam in castra est profectus: imperium in urbe Lucretio, praefecto urbis iam ante ab rege instituto, relinquit.

Inter hunc tumultum Tullia domo profugit execrantibus quacumque incedebat invocantibusque parentum furias viris mulieribusque.

[60] Harum rerum nuntiis in castra perlatis cum re nova trepidus rex pergeret Romam ad comprimendos motus, flexit viam Brutus - senserat enim adventum - ne obvius fieret; eodemque fere tempore, diversis itineribus, Brutus Ardeam, Tarquinius Romam venerunt.

Tarquinius clausae (sunt) portae exsiliumque indictum (est): liberatorem urbis laeta castra accepere, exactique (sunt) inde liberi regis. Duo patrem secuti sunt qui exsulatum Caere in Etruscos ierunt.

Sex. Tarquinius Gabios tamquam in suum regnum profectus ab ultoribus veterum simultatium, quas sibi ipse caedibus rapinisque concierat, est interfectus.

L. Tarquinius Superbus regnavit annos quinque et viginti.

Regnatum (est) Romae ab condita urbe ad liberatam annos ducentos quadraginta quattuor.

Duo consules inde comitiis centuriatis a praefecto urbis ex commentariis Servii Tulli creati sunt, L. Iunius Brutus et L. Tarquinius Collatinus.

AB URBE CONDITA, IL. 1, TITO LIVIO. Le nuove istituzioni dopo la cacciata del re.

[1] Liberi iam hinc populi Romani res pace belloque gestas, annuos magistratus, imperiaque legum potentiora quam hominum peragam.

Quae (=Et haec) libertas ut laetior esset proximi regis superbia fecerat.

Nam priores ita regnarunt ut haud immerito omnes deinceps conditores partium certe urbis, quas novas ipsi sedes ab se auctae multitudinis addiderunt, numerentur; neque ambigitur quin Brutus idem qui tantum gloriae **superbo exacto rege** meruit pessimo publico id facturum fuerit, si libertatis immaturae cupidine priorum regum alicui regnum extorsisset.

Quid enim futurum fuit, si illa pastorum convenarumque plebs, transfuga ex suis populis, sub tutela inviolati templi aut libertatem aut certe impunitatem adeptam, soluta regio metu agitari coepta esset tribuniciis procellis, et in aliena urbe cum patribus serere certamina, priusquam pignora coniugum ac liberorum caritasque ipsius soli, cui longo tempore adsuescitur, animos eorum consociasset?

Dissipatae res nondum adultae discordia forent, quas fovit tranquilla moderatio imperii eoque nutriendo perduxit ut bonam frugem libertatis maturis iam viribus ferre possent.

Libertatis autem originem inde magis quia annum imperium consulare factum est quam quod deminutum quicquam sit ex regia potestate numeres.

Omnia iura, omnia insignia primi consules tenere; id modo cautum est ne, si ambo fasces haberent, duplicatus terror videretur.

Brutus prior, concedente collega, fasces habuit, qui non acrior vindex libertatis fuerat quam deinde custos fuit.

Omnia primum avidum novae libertatis populum, ne postmodum flecti precibus aut donis regiis posset, iure iurando adegit neminem Romae passuros (esse) regnare.

Deinde quo plus virium in senatu frequentia etiam ordinis faceret, caedibus regis deminutum patrum numerum primoribus equestris gradus lectis ad trecentorum summam explevit, traditumque (esse) inde fertur ut in senatum vocarentur (ei) qui patres quique conscripti essent (conscriptos videlicet in novum senatum, appellabant lectos).

Id mirum quantum profuit ad concordiam civitatis (ad) iungendosque patribus plebis animos.

AB URBE CONDITA. II.2. TITO LIVIO. Lucio Tarquinio Collatino è allontanato da Roma

[2] Rerum deinde divinarum habita (est) cura; et quia quaedam publica sacra per ipsos reges factitata erant, necubi regum desiderium esset, regem sacrificolum creant.

Id sacerdotium pontifici subiecere, ne additus nomini honos aliquid libertati, cuius tunc prima erat cura, officeret.

Ac nescio an nimium undique eam (libertatem) minimisque rebus muniendo modum excesserint.

Consulis enim alterius (Lucio Tarquinio Collatino), cum nihil aliud offenderet, nomen invisum civitati fuit: (dicebant)

nimium Tarquinius regno adsuesse;

initium a Prisco factum (esse);

regnasse dein Ser. Tullium;

ne intervallo quidem facto oblitum (esse), tamquam alieni, regni,
Superbum Tarquinium velut hereditatem gentis scelere ac vi (eum)repetisse;
pulso Superbo penes Collatinum imperium esse.
Nescire Tarquinius privatos vivere;
non placere nomen,
periculosum libertati esse.

Hinc primo sensim temptantium animos sermo per totam civitatem est datus, sollicitamque suspicione plebem Brutus ad contionem vocat.

Ibi omnium primum ius iurandum populi recitat neminem regnare passuros (esse) nec esse Romae (aliquem) unde periculum libertati foret;
(dicebat) id summa ope tuendum esse,
neque ullam rem quae eo pertineat contemnendam (esse).
Invitum se dicere hominis causa,
nec dicturum fuisse ni caritas rei publicae vinceret:
non credere populum Romanum solidam libertatem recuperatam esse;
regium genus, regium nomen non solum in civitate sed etiam in imperio esse;
id officere,
id obstare libertati.

inquit "Hunc tu" inquit "tua voluntate, L. Tarquini, remove metum.

Meminimus, fatemur: eiecisti reges; absolve beneficium tuum, aufer hinc regium nomen.
Res tuas tibi non solum reddent cives tui auctore me, sed si quid deest munifice augebunt.

Amicus abi; exonera civitatem vano forsitan metu; ita persuasum est animis cum gente Tarquinia regnum hinc abiturum (esse)."

Consuli primo tam novae rei ac subitae admiratio incluserat vocem; dicere deinde incipientem primores civitatis circumsistunt, eadem multis precibus orant.

Et ceteri quidem (eum) movebant minus: postquam Sp. Lucretius, maior aetate ac dignitate, socer praeterea ipsius, agere varie rogando alternis suadendoque coepit ut vinci se consensu civitatis pateretur, timens consul ne postmodum privato sibi eadem illa cum bonorum amissione additaque alia insuper ignominia acciderent, abdicavit se consulatu rebusque suis omnibus Lavinium translatis civitate cessit.

Brutus ex senatus consulto ad populum tulit ut omnes Tarquiniae gentis exsules essent; collegam sibi comitiis centuriatis creavit P. Valerium: quo adiutore reges eiecerat.

AB URBE CONDITA, II,3-4, TITO LIVIO. I Tarquini tentano di ritornare a Roma

[3] Cum haud cuiquam in dubio esset bellum ab Tarquiniis imminere, id quidem spe omnium serius fuit; ceterum, id quod non timebant, per dolum ac prodicionem prope libertas amissa est.

Erant in Romana iuventute adulescentes aliquot, nec ii tenui loco orti, quorum in regno libido solutior fuerat, aequales sodalesque adulescentium Tarquiniorum, adsueti more regio vivere.

Eam tum, aequato iure omnium, licentiam quaerentes, libertatem aliorum in suam vertisse servitatem inter se conquerebantur:
regem hominem esse, a quo impetres, ubi ius, ubi iniuria opus sit;
esse gratiae locum, esse beneficio;

et irasci et ignoscere posse;
inter amicum atque inimicum discrimen nosse;
leges rem surdam, inexorabilem esse, salubriorem melioremque inopi quam potenti;
nihil laxamenti nec veniae habere, si modum excesseris;
periculosum esse in tot humanis erroribus sola innocentia vivere.

Ita iam sua sponte aegris animis legati ab regibus superveniunt, sine mentione redditus bona tantum repetentes.

Eorum verba postquam in senatu audita sunt, per aliquot dies ea consultatio tenuit: (timebant) **ne non reddita belli causa, reddita belli materia et adiumentum essent.**

Interim legati alia moliri; aperte bona repetentes clam recuperandi regni consilia struere; et tamquam ad id quod agi videbatur ambientes, nobilium adulescentium animos pertemptant.

A quibus placide oratio accepta est, iis litteras ab Tarquiniis reddunt et de accipiendis clam nocte in urbem regibus conloquuntur.

[4] **Vitelliis Aquiliisque fratribus primo commissa res est.**

Vitelliorum soror consuli nupta Bruto erat, iamque ex eo matrimonio adulescentes erant liberi, Titus Tiberiusque; eos quoque in societatem consilii avunculi adsumunt, praeterea aliquot nobiles adulescentes conscii adsumpti, quorum vetustate memoria abiit.

Interim cum in senatu vicisset sententia quae censebat reddenda (esse) bona, eamque ipsam causam morae in urbe haberent legati quod spatium ad vehicula comparanda a consulibus sumpsissent quibus regum asportarent res, omne id tempus cum coniuratis consultando absumunt, evincuntque instando ut litterae sibi ad Tarquinius darentur:

nam aliter qui(s) crediturus/os (erat/esset) eos non vana ab legatis super rebus tantis adferri? Datae litterae ut pignus fidei essent, manifestum facinus fecerunt.

Nam cum pridie quam legati ad Tarquinius proficiscerentur cenatum forte apud Vitellios esset, coniuratique ibi, remotis arbitris, multa inter se de novo, ut fit, consilio egissent, sermonem eorum ex servis unus excepit, qui iam antea id senserat agi, sed eam occasionem, ut litterae legatis darentur quae deprehensae rem coarguere possent, exspectabat.

Postquam datas (esse) sensit, rem ad consules detulit.

Consules ad deprehendendos legatos coniuratosque profecti domo sine tumultu rem omnem oppressere; litterarum in primis habita (est) cura ne interciderent.

AB URBE CONDITA, II, 12, TITO LIVIO. Muzio Scevola.

Obsidio erat nihilo minus et frumenti cum summa caritate inopia, sedendoque expugnaturum se urbem spem Porsinna habebat, cum C. Mucius, adulescens nobilis, cui indignum videbatur populum Romanum servientem cum sub regibus esset nullo bello nec ab hostibus ullis obsessum esse, liberum eundem populum ab iisdem Etruscis obsideri quorum saepe exercitus fuderit, itaque magno audacique aliquo facinore eam indignitatem vindicandam(esse) ratus, primo sua sponte penetrare in hostium castra constituit.

Dein metuens ne si consulum iniussu et ignaris omnibus iret, forte deprehensus a custodibus Romanis retraheretur ut transfuga, fortuna tum urbis crimen adfirmante, senatum adit.

"Transire Tiberim" inquit, "patres, et intrare, **si possim**, castra hostium volo, non praedo nec populationum in vicem ultor; maius **si di iuvant** in animo est facinus.

" Adprobant patres; **abdito intra vestem ferro** proficiscitur.

Ubi eo venit, in confertissima turba prope regium tribunal constitit.

Ibi cum stipendium militibus forte daretur et scriba cum rege sedens pari fere ornatu multa ageret eumque milites volgo adirent, **timens** sciscitari uter Porsinna esset, **ne ignorando regem** semet ipse aperiret **quis esset**, quo temere traxit fortuna facinus, scribam pro rege obtruncat.

Vadentem inde qua per trepidam turbam cruento mucrone sibi ipse fecerat viam, cum **concursu ad clamorem facto** **comprehensum** regii satellites retraxissent, **ante tribunal regis destitutus**, tum quoque inter tantas fortunae minas metuendus magis quam **metuens**, (inquit)

"Romanus sum" inquit, "civis; C. Mucium vocant.

Hostis hostem occidere volui, nec ad mortem minus animi (mihi) est, **quam fuit ad caedem**; et **facere et pati fortia** Romanum est.

Nec unus in te ego hos animos gessi; longus post me ordo est idem **petentium decus**.

Proinde in hoc discrimen, **si iuvat**, accingere, **ut in singulas horas capite dimices** tuo, ferrum hostemque in vestibulo **habeas** regiae.

Hoc tibi iuventus Romana indicimus bellum.

Nullam aciem, nullum proelium timueris; uni tibi et cum singulis res erit."

Cum rex simul ira infensus periculoque conterritus **circumdari ignes minitabundus iuberet** nisi expromeret **propere** quas insidiarum sibi minas per **ambages iaceret**, (inquit)

"en tibi" inquit, "ut sentias quam vile corpus sit iis qui magnam gloriam vident"; dextramque accenso ad sacrificium foculo inicit.

Quam cum velut alienato ab sensu torreret animo, prope attonitus miraculo rex cum ab sede sua prosilisset amoverique ab altaribus iuvenem iussisset, (inquit)

"tu vero abi" inquit, "in te magis quam in me hostilia ausus (es).

Iuberem macte virtute esse, si pro mea patria ista virtus staret; nunc iure belli liberum te, intactum inviolatumque hinc dimitto.

" Tunc Mucius, quasi remunerans meritum, (inquit)

"quandoquidem" inquit, "est apud te virtuti honos, (scito) ut beneficio tuleris a me quod minis nequisti: trecenti coniuravimus principes iuventutis Romanae ut in te hac via grassaremur.

Mea prima sors fuit; ceteri ut cuique ceciderit primo quoad te opportunum fortuna dederit, suo quisque tempore aderunt."

AB URBE CONDITA, III, 45. Tito Livio Fides et Pudicitia e... abuso di potere

Appius decreto praefatur quam libertati faverit eam ipsam legem declarare quam Vergini amici postulationi suae praetendant; ceterum ita in ea (lege) firmum libertati fore praesidium, si nec causis nec personis variet.

(dicit) In iis enim qui adserantur in libertatem, quia quivis lege agere possit, id iuris esse: in ea quae in patris manu sit, neminem esse alium cui dominus possessione cedat.

Placere itaque patrem arcessiri; interea iuris sui iacturam adsertorem non facere quin ducat puellam sistendam (esse)que in adventum eius qui pater dicatur promittat.

Adversus iniuriam decreti cum multi magis fremerent quam quisquam unus recusare auderet, P. Numitorius puellae avus et sponsus Icilius interveniunt; dataque inter turbam via, cum multitudo Icili maxime interventu resisti posse Appio crederet, lictor decresse ait vociferantemque Icilium submovet.

Placidum quoque ingenium tam atrox iniuria accendisset.

'Ferro hinc tibi submovendus sum, Appi' inquit, 'ut tacitum feras (hoc) quod celari vis.

Virginem ego hanc sum ducturus nuptamque pudicam habiturus.

Proinde omnes collegarum quoque lictores convoca; expediri virgas et secures iube; non manebit extra domum patris sponsa Icili.

Non si tribunicium auxilium et provocationem plebi Romanae, duas arces libertatis tuendae, ademistis, ideo in liberos quoque nostros coniugesque regnum vestrae libidini datum est.

Saevite in tergum et in cervices nostras: pudicitia saltem in tuto sit.

Huic si vis adferetur, ego praesentium Quiritium pro sponsa, Verginius militum pro unica filia, omnes deorum hominumque implorabimus fidem, neque tu istud unquam decretum sine caede nostra referes.

Postulo Appi, etiam atque etiam consideres quo progrediare.

Verginius viderit de filia ubi venerit quid agat; hoc tantum sciat sibi si huius vindiciis cesserit condicionem filiae quaerendam esse.

Me vindicantem sponsam in libertatem vita citius deseret quam fides.'

AB URBE CONDITA, III, 46, Tito Livio. Vano tentativo di fermare Verginio

Concitata multitudo erat certamenque instare videbatur.

Lictores Icilium circumsteterant; nec ultra minas tamen processum est, cum Appius non Verginiam defendi ab Icilio, sed inquietum hominem et tribunatum etiam nunc spirantem locum seditionis quaerere diceret, non praebiturum se illi eo die materiam, sed, ut iam sciret non id petulantiae suae sed Verginio absenti et patrio nomini et libertati datum (esse), ius eo die se non dicturum neque decretum interpositurum: a M. Claudio petiturum ut decederet iure suo vindicarique puellam in posterum diem pateretur.

Quod nisi pater postero die adfuisset, denuntiare se Icilio similibusque Icili neque legi suae latorem neque decemviro constantiam defore; nec se utique collegarum lictores convocaturum ad coercendos seditionis auctores: contentum se suis lictoribus fore.

Cum dilatum tempus iniuriae esset secessissentque advocati puellae, placuit omnium primum fratrem Icili filiumque Numitori, impigros iuvenes, pergere inde recta ad portam, et quantum adcelerari posset Verginium acciri e castris;

(pro certo habebant) in eo verti puellae salutem, si postero die vindex iniuriae ad tempus praesto esset.

Iussi pergunt citatisque equis nuntium ad patrem perferunt.

Cum instaret adsertor puellae ut vindicaret sponsoresque daret, atque id ipsum agi diceret Icilius, sedulo tempus terrens dum praeciperent iter nuntii missi in castra, manus tollere undique multitudo et se quisque paratum ad spondendum Icilio ostendere.

Atque ille lacrimabundus 'gratum est' inquit; 'crastina die vestra opera utar; sponsores nunc satis est.'

Ita vindicatur Verginia spondentibus propinquis.

Appius paulisper moratus (est) ne eius rei causa sedisse videretur.

Postquam omissis rebus aliis prae cura unius nemo adibat, domum se recepit collegisque in castra scribit, ne Verginio commeatum dent atque etiam in custodia habeant.

Improbum consilium serum, ut debuit, fuit et iam commeatu sumpto profectus Verginius prima vigilia erat, cum postero die mane de retinendo eo nequiquam litterae redduntur.

AB URBE CONDITA. V. 48. TITO LIVIO. GUA! AI VINTI!

Sed ante omnia obsidionis bellique mala fames utrimque exercitum urgebat, Gallos pestilentia etiam, cum loco iacente inter tumulos castra habentes, tum ab incendiis torrido et vaporis pleno cineremque non pulverem modo ferente cum quid venti motum esset.

Quorum intolerantissima gens umorique ac frigori adsueta cum aestu et angore vexati volgatis velut in pecua morbis morerentur, iam pigritia singulos sepeliendi promisce acervatos cumulos hominum urebant, bustorumque inde Gallicorum nomine insignem locum fecere.

Indutiae deinde cum Romanis factae (sunt) et colloquia permissu imperatorum habita (sunt); in quibus cum identidem Galli famem obicerent eaque necessitate ad deditionem vocarent, dicitur avertendae eius opinionis causa multis locis panis de Capitolio iactatus esse in hostium stationes.

Sed iam neque dissimulari neque ferri ultra fames poterat.

Itaque dum dictator dilectum per se Ardeae habet, magistrum equitum L. Valerium a Veiis adducere exercitum iubet, parat instruitque quibus haud impar adoriatur hostes, interim Capitolinus exercitus, stationibus vigiliis fessus, superatis tamen humanis omnibus malis cum famem unam natura vinci non sineret, diem de die prospectans ecquod auxilium ab dictatore appareret, postremo spe quoque iam non solum cibo deficiente et cum stationes procederent prope obruentibus infirmum corpus armis, vel dedi vel redimi se quacumque pactione possint (dictator) iussit, iactantibus non obscure Gallis haud magna mercede se adduci posse ut obsidionem relinquunt.

Tum senatus habitus tribunisque militum negotium datum (est) ut paciscerentur.

Inde inter Q. Sulpicium tribunum militum et Brennum regulum Gallorum conloquio transacta res est, et mille pondo auri pretium populi gentibus mox imperaturi factum (est).

Rei foedissimae per se adiecta indignitas est: pondera ab Gallis allata (sunt) iniqua et tribuno recusante additus (est) ab insolente Gallo ponderi gladius, auditaque intoleranda Romanis vox (est) : «Vae victis ! »

AB URBE CONDITA XXI, 4, TITO LIVIO: ANNIBALE SUCCEDERE AD AMILCARE

Pauci ac ferme optimus quisque Hannoni adsentiebantur; sed, ut plerumque fit, maior pars meliorem vicit.

Missus Hannibal in Hispaniam primo statim adventu omnem exercitum in se convertit; Hamilcarem iuvenem redditum (esse) (reddo) sibi veteres milites credere; eundem vigorem in voltu vimque in oculis, habitum oris lineamentaue intueri.

Dein brevi effecit ut pater in se minimum momentum ad favorem conciliandum esset.

Nunquam ingenium idem ad res diversissimas, (ad) parendum atque imperandum, habilis fuit.

Itaque haud facile discerneres utrum imperatori an exercitui carior esset; neque Hasdrubal alium quemquam praeficere malle ubi quid fortiter ac strenue agendum esset, neque milites alio duce plus confidere aut audere.

Plurimum audaciae **ad pericula capessenda**, plurimum consilii inter ipsa pericula erat (ei).

Nullo labore aut corpus fatigari aut animus vinci poterat.

Caloris ac frigoris patientia par (erat); cibi potionisque desiderio naturali, non voluptate modus finitus (erat); vigiliarum somnique nec die nec nocte discriminata (erant) tempora; id **quod gerendis rebus superesset** quieti datum (erat); ea neque molli strato neque silentio accersita (erat); multi saepe **militari sagulo opertum humi iacentem** inter custodias stationesque militum (eum) conspexerunt.

Vestitus nihil inter aequales excellens (erat): arma atque equi conspiciebantur.

Equitum peditumque idem longe primus erat; princeps in proelium ibat, ultimus **conserto proelio** excedebat.

Has tantas viri virtutes ingentia vitia aequabant, inhumana crudelitas, perfidia plus quam Punica, nihil veri, nihil sancti, nullus deum metus, nullum ius iurandum, nulla religio.

Cum hac indole virtutum atque vitiorum triennio sub Hasdrubale imperatore meruit, **nulla re** quae agenda videndaque magno futuro duci esset **praetermissa**.

VALERIO MASSIMO

FACTORVM ET DICTORVM MEMORABILIVM LIBER, 1.7.2 VALERIO MASSIMO. SEGNI PREMONITORI

Augustum vero, praeter naturalem animi, in omnibus rebus subtiliter perspiciendis, vigorem, etiam recens et domesticum exemplum ut Artori somnio obtemperaret admonuit.

Audiverat enim divi Iuli, patris sui, uxorem Calpurniam nocte, quam is ultimam in terris egit, in quiete vidisse multis eum confectum vulneribus in suo sinu iacentem, somnique atrocitate vehementer exterritam rogare non destitisse ut proximo die curia se abstineret.

(Audiverat) At illum, ne muliebri somnio motus id fecisse existimaretur, senatum, in quo ei parricidarum manus adlatae sunt, habere contendisse.

Non est inter patrem et filium ullius rei conparationem fieri praesertim divinitatis fastigio iunctos, sed iam alter operibus suis aditum sibi ad caelum struxerat, alteri longus(aditus) adhuc terrestrium virtutum orbis restabat.

quapropter ab hoc tantummodo impendentem mutationem status cognosci, ab illo etiam differri dii immortales voluerunt, ut aliud caelo decus daretur, aliud promitteretur.

FACTORUM ET DICTORUM MEMORABILIVM LIBRI NOVEM II, 5, VALERIO MASSIMO. Inizio del Ludi Secolari

2.4.5 Et quia ceteri ludi ipsis appellationibus unde trahantur apparet, non absurdum videtur saecularibus initium suum, cuius minus trita notitia est, reddere.

Cum ingenti pestilentia urbs agrique vastarentur, Valesius vir locuples rusticae vitae duobus filiis et filia ad desperationem usque medicorum laborantibus aquam calidam iis a foco petens, genibus nixus lares familiares ut puerorum periculum in ipsius caput transferrent oravit.

Orta deinde vox est, habiturum eos salvos, si continuo flumine Tiberi devectos Tarentum portasset ibique ex Ditis patris et Proserpinae ara petita aqua recreasset.

Eo praedicto magnopere confusus, quod et longa et periculosa navigatio imperabatur, spe tamen dubia praesentem metum vincente, pueros ad ripam Tiberis protinus detulit -habitat enim in villa sua propter vicum Sabinae regionis Eretum- ac luntre Ostiam petens nocte concubia ad Martium campum appulit, sitientibusque aegris succurrere cupiens, igne in navigio non suppetente ex gubernatore cognovit haud procul apparere fumum,

et ab eo iussus egredi Tarentum -id nomen ei loco est- cupide adrepto calice aquam flumine haustam eo, unde fumus erat obortus, iam laetior pertulit, divinitus dati remedii quasi vestigia quaedam in propinquo nactum (esse) se existimans,

inque solo magis fumante quam ullas ignis (solo) habente reliquias, dum tenacius omen adprehendit, contractis levibus et (iis rebus) quae fors obtulerat nutrimentis pertinaci spiritu flammam evocavit calefactamque aquam pueris bibendam dedit.

Qua potata salutari quiete sopiti diutina vi morbi repente sunt liberati patrique indicaverunt vidisse se in somnis a nescio quo deorum (esset) spongea corpora sua pertergeri et praecipi ut ad Ditis patris <et> Proserpinae aram, a qua potio ipsis fuerat adlata, furvae hostiae immolarentur lectisterniaque <ac> ludi nocturni fierent.

Is, quod eo loci nullam aram viderat, desiderari credens ut a se constitueretur, aram empturus in urbem perrexit, relictis iis, qui fundamentorum constituendorum gratia terram ad solidum foderent.

Hi domini imperium exequentes, cum ad xx pedum altitudinem humo egesta pervenissent, animadverterunt aram Diti patri Proserpinaeque inscriptam.

Hoc postquam Valesius nuntiante servo accepit, omisso emendae arae proposito hostias nigras, quae antiquitus furvae dicebantur, Tarenti immolavit ludosque et lectisternia continuis tribus noctibus, quia totidem filii periculo liberati erant, fecit.

Cuius exemplum Valerius Publicola, qui primus consul fuit, studio succurrendi civibus secutus apud eandem aram publice nuncupatis votis caesisque atris bubus, Diti maribus, feminis Proserpinae, lectisternioque ac ludis trinoctio factis aram terra, ut ante fuerat, obruit.

Factorum et dictorum mirabilium V, 1, Valerio Massimo. Umanità dei Romani antichi.

Ne Aegyptus quidem Romanae humanitatis expers fuit.

Rex eius Ptolemaeus a minore fratre regno spoliatus petendi auxilii gratia cum paucis admodum servis squalore obsitus Romam venerat ac se in hospitium Alexandrini pictoris contulerat.

Id postquam senatui relatum est, arcessito iuvene, quam potuit accurata excusatione usus est, quod nec quaestorem illi more maiorum obviam misisset nec publico eum hospitio excepisset, eaque non sua negligentia, sed ipsius subito et clandestino adventu facta (esse) dixit et illum e curia protinus ad publicos penates deduxit hortatusque est ut depositis sordibus adeundi ipsius diem peteret; Quin etiam curae (ei) habuit (attribuì d'attenzione a lui) ut ei munera per quaestorem cotidie darentur.

His gradibus officiorum iacentem ad regium fastigium erexit effecitque ut plus spei in auxilio populi Romani quam metus in sua fortuna reponeret.

FACTORUM DICTORUMQUE MEMORABILIMUM VI, I, 3-4-6-10-11-12, Valerio Massimo. Severità dei Romani a conservare integra la pudicizia.

III) Nec alio robore animi praeditus fuit Pontius Aufidianus eques Romanus, qui, postquam conperit filiae suae virginitatem a paedagogo proditam (esse) Fannio Saturnino, non contentus sceleratum servum adfecisse supplicio etiam ipsam puellam necavit, ita ne turpes eius nuptias celebraret, acerbis exequias duxit.

